ια'. "Οτι τὸ εὐσεβὲς αὐτὸς τοῦ ψεύδους ὄργανον, Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀλεξανδρείας τελευτήσαντος, καὶ φήρων ἄλλων ἐπ' ἄλλους φερομένων, καὶ χρόνου τινὸς ἐπὶ τοῦτο παρατεινομένου (24), τὸν θεῖον Ἀθανάσιον φησι περὶ δείλην ὄψιν εἰς τὴν Διονυσίου καλουμένην ἐκκλησίαν ἐσπηδήσαντα (25), καὶ δύο τινὰς τῶν Αἰγυπτίων ἐπισκόπων εὐρόντα, τὰς πύλας τε κατὰ ὀχυρώτατον μετὰ τῶν συστασιωτῶν ἐπι- κλεισάμενον, οὕτω τὴν χειροτονίαν ὑπελθεῖν (α), τῶν χειροτονοῦντων πολλὰ μὲν ἀνανευόντων. Τῆς δὲ προσαγομένης αὐταῖς βίβας, μείζονος τῆς βουλῆς καὶ τῆς δυνάμεως γεγεννημένης, τὸ δοκοῦν Ἀθανασίῳ ἐπιτελεσθῆναι. Καὶ ὡς ὁ παρὼν τῶν ἐπισκόπων ἄλλος ὄμιλος, διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν τῷ ἀναθήματι τοῦτον παρεπέμφαντο. Τὸν δὲ Ἀθανάσιον κρατυνάμενον τὰ καθ' ἑαυτὸν, ὡς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς πόλεως πρὸς βασιλέα γράψαι τὴν εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην ἀνάρῃσιν αὐτοῦ. Τὸν δὲ, νομίσαντα κοινῆς βουλῆς εἶναι τὸ γράμμα, ἐπιψηφίσαι τὴν κατοχὴν τοῦ θρόνου. Ὑστερον δὲ μαθόντα τὰ πεπραγμένα, εἰς Τύρον τῆς Φοινίκης αὐτὸν ἐξαποστεῖλαι, τῷ ἐκεῖσε συνεδρίῳ λόγον ὧν ἔδρασε δώσοντα. Καὶ μόλις μὲν οὖν εἶξαι ταῖς βασιλείοις ἀπειλαῖς τὸν Ἀθανάσιον. Εἶξαντα δ' οὖν καὶ παραγενόμενον εἰς Τύρον, τοὺς μὲν δίκην οὐκ εἰσέρχασθαι (26)· γύναιον δὲ τι μισθωσάμενον ἑταιρικὸν, ἤδη τῷ τῆς γαστρὸς ὄγκῳ τὴν ἀκολασίαν στηλιτεύον, ἐπαφείναι διαμηχανᾶσθαι τῷ Εὐσεβίῳ, ὃς τοῦ ἐκεῖσε συνεδρίου κορυφαῖος ἐνομιζέτο· τῷ δὲ τὴν συκοφαντίαν, ὡς εἰκὸς, ἐμπεσόντι θορύβῳ καὶ ταραχῇ, τὴν τε δίκην ὑποκλέψαι καὶ τὴν κρίσιν ἐκφυγεῖν διανοούμενος (27)· φωραθῆναι δὲ τὴν συσκευὴν ὃ τοῦ ψεύδους φίλος ἀναγράφει, δι' ἧς μεθόδου φασὶν οἱ εὐσεβεῖς τὸ κατὰ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου μισθωθὲν παρὰ τῶν δυσσεβῶν πορνίδιον διελεγχθῆναι. Τὸν μὲν γὰρ Εὐσεβίον διαπυθάνεσθαι τῆς ἑταιρίδος, εἰ γινώσκει αὐτῆς τὸν φθορέα· τῆς δὲ καὶ μάλα διατεινομένης, προσαναπυθέσθαι, εἰ ἄρα γε τοῦτον ὁ παρὼν χρόνος ἔχει (28)· τὴν δὲ φάναι, Εὐφῆμει, ὦ δέσποτα· οὐ γὰρ ἔγωγ' ἂν μαινοίμην, ἀνδρῶν τοιούτων αἰσχρᾶς ἡδονῆς δουλείαν. Ὡστε καταγνῶναι εἶτ' ἐντεῦθεν ἀρξαμένης παραγυμνοῦσθαι τῆς ἀληθείας, τὴν ὅλην συσκευὴν ἀνακαλυφθῆναι. Καὶ τὸν μὲν Εὐσεβίον κρείττω συκοφαντίας πάσης ὀφθῆναι· τὸν δὲ Ἀθανάσιον, ἀντὶ τοῦ φυγεῖν

II. Athanasius ep. Alex. — Ait impius hic mendaciorum artifex, post mortem Alexandri episcopi Alexandriae, cum variantibus episcoporum suffragiis, plures designarentur episcopi, et aliquantum temporis in hac altercatione teneretur, divinum Athanasium sub vesperam in ecclesiam quae Dionysii dicitur, advolasse: cumque ibi duos quosdam episcopos Aegypti reperisset, januas una cum suae factionis hominibus firmissime occlusisse, atque ita ordinatum esse, multum licet reclamantibus ordinatoribus. Sed cum vis illis inferretur ejusmodi, quae voluntatem ipsorum potentiamque superabat, confectum esse id quod volebat Athanasius. Addit Philostorgius reliquam episcoporum qui tum aderant multitudinem, Athanasium hujus rei causa anathemati subjecisse. Hunc vero, cum res suas prius confirmasset, totius civitatis nomine litteras ad imperatorem de ordinatione sua scripsisse. Qui cum eas litteras ab Alexandrinorum curia scriptas esse existimaret, electionem illam suo suffragio comprobavit. Postea vero de iis quae acta fuerant certior factus, Athanasium misit Tyrum, quae urbs est Phoenices, ut synodo quae ibi collecta erat, rationem gestorum redderet. Et Athanasium quidem imperatoris minis cessisse scribit Philostorgius. Tandem vero cum venisset Tyrum, ipsum quidem sistere se in judicio noluisse; sed meretricem quamdam, quae ipso ventris tumore intemperantiam suam prodebat, mercede conduxisse, et adversus Eusebium, qui synodi illius princeps atque antesignanus habebatur, per fraudem submisisse; tumultu illo ac motu qui ex hujusmodi calumnia, ut verisimile est, excitandus erat, elusurum se judicium, et damnationem subterfugiturum esse, arbitrantem. Sed fraudem detectam esse scribit philopseudes noster eodem plane modo, quo orthodoxi scortum illud quod adversus magnum Athanasium ab haereticis conductum fuerat, convictum esse scribunt. Eusebium enim ait quaesivisse ex meretrice, utrum stupratorem suum nosset. Quae cum affirmasset illum sibi probe notum esse, rursus Eusebium quaesivisse, num ille in praesenti episcoporum consessu versaretur. Eam vero respondisse: Bona verba, domine; neque enim ego tan-

## VALESI ANNOTATIONES.

(24) Χρόνου τινὸς ἐπὶ τοῦτο παρατεινομένου. Malim scribere ἐπὶ τούτῳ.

(25) Ἐκπηδήσαντα. Rectius in ms. codice Samuelis Boeharti scriptum est, ἐσπηδήσαντα. Et paulo post ubi antea legebatur, τῶν μὲν χειροτονηθέντων, ex eodem codice emendavi χειροτονοῦντων.

(26) Τοὺς μὲν δίκην οὐκ εἰσέρχασθαι. Non dubito quin scribendum sit, εἰς μὲν δίκην οὐκ εἰσέρχασθαι, vel potius αὐτὸν μὲν δίκην οὐκ εἰσέρχασθαι.

(27) Ἐκφυγεῖν διανοούμενος. Leges grammaticae postulant ut scribamus διανοούμενον. Interpretem in hujus loci versione lapsus esse mirum non est,

quippe qui Graecae linguae prorsus fuerit ignarus.

(28) Ὁ παρὼν χρόνος ἔχει. Assentior doctissimo viro Lucae Holstenio, qui ad latus sui codicis emendavit χορὸς, quam emendationem confirmant sequentia. Ad hanc enim interrogationem Eusebii mulier illa sic respondet: Εὐφῆμει, ὦ δέσποτα· οὐ γὰρ ἔγωγε ἂν μαινοίμην, ὥστε ἀνδρῶν τοιούτων αἰσχρᾶς ἡδονῆς δουλείαν καταγνῶναι: id est, Bona verba, domine. Non enim tantopere insano, ut cuiquam ex consessu tantorum virorum crimen saeculae libidinis ob- jicere ausim.

## VARIORUM.

(α) Οὕτω τὴν χειροτονίαν ὑπελθεῖν. Haec quidem calumnia de Athanasio clanculum ordinato, Philostorgio cum reliquis Arianis communis est: ejus

tamen falsitas abunde demonstratur ex epistola synodi Alexandriae apud Athanas. Apol. 2, pag. 565. W. Lowh.

tepere insanio, ut tales viros foedæ libidinis insimularem. Ex iis vero cum veritas in lucem prodire cœpisset, totam fraudis machinationem patefactam fuisse. Et Eusebium quidem omni calumnia superiorem apparuisse : Athanasium vero qui iudicium subterfugere speraverat, duplici iudicio convictum abiisse, ad illegitimam ordinationem accedente scelestissima calumnia. Atque idcirco communi omnium consensu depositionis sententiam in eum latam esse ; Athanasium nihilominus frontem perfrixisse, ac dicere ausum, depositionis sententiam sicut et calumnias quæ ipsi objectæ fuerant, ab episcopis qui in concilio residebant, per odium ac simultatem esse fabricatam, propterea quod manuum impositionem ab ipsis accipere recusaret. Quamobrem imperatorem quoque alteri episcoporum synodo mandasse, ut Athanasii causa examinaretur. Istos vero alia insuper crimina prioribus adjecisse. Nam et Callinicum confessorem, episcopum Pelusii, compedibus ferreis vinctum, ab illo missum esse in custodiam; nec destitisse Athanasium contumelias ei inferre, donec illum e medio sustulisset. Tunc etiam manus Arsenii in medium prolata est, et Mareotes, et Ischyras, et sacrum populum, et ejusmodi alia. Has ob causas ait Athanasium a synodo excommunicatum esse, et Gregorium Cappadocem in ejus locum substitutum. Et hæc quidem Philopseudes noster de sancto Athanasio falsa narrat.

12. *Helenopolis.* — Ait Helenam imperatoris matrem, ad fauces sinus Nicomediæ, urbem ædificasse quam Helenopolim cognominavit. Porro Helenam eo loco delectatam esse ob id unum, quod cadaver Luciani martyris post coronam martyrii eo deportatum fuisset a delphino.

13. *Lucianus Martyr.* — Ait Lucianum martyrem, cum jam moriturus esset, et tyrannica vis nec Ecclesiæ, nec altaris copiam faceret, cumque vincula et plagæ ne quidem ut se commoveret, ei permitterent, supinum jacentem, supra proprium pectus tremendum sacrificium peregisse, et tum ipsum participasse, tum aliis ut de immaculato sacrificio participarent, copiam fecisse. Peractum autem est hoc sacrificium in carcere, cum sacer Christianorum chorus qui illum utpote morientem undique cingebat, Ecclesiæ speciem referret ac simul munimentum præstaret, ne ab impiis spectari possent ea quæ gerebantur.

14. *Luciani discipuli.* — Hujus martyris Luciani

τὴν δίκην, διπλῆς ἔνοχον ἀπελεγθῆναι, προσλαβούσης τῆς οὐκ εὐαγοῦς χειροτονίας τὴν ἐναγεστάτην συκοφαντίαν. Διὸ καὶ τὴν καθαιρετικὴν ψῆφον ὁμόφωνον κατ' αὐτοῦ ἐξενεχθῆναι, ἐκαῖνον μέντοι γε προσαναισχυντεῖν· καὶ λέγειν, ἀπεχθεῖα τὴν καθάρειν τοὺς συνεδρεύσαντας διαπράξασθαι, ὡς περ καὶ τὰς συκοφαντίας, διότι μὴ παρ' αὐτῶν ἀνάσχοιτο τὴν ἀρχιερατικὴν χειροθεσίαν ὑποστῆναι. Διὸ καὶ τὸν βασιλέα ἐπιτρέψαι πάλιν ἑτέρα συνόδῳ τὰ κατὰ τὸν Ἀθανάσιον ἐτασθῆναι. Τοὺς δὲ καὶ ἕτερα τῶν ἐγκλημάτων ἐπισυναθροῖσαι· Καλλίνικόν τε γὰρ τὸν ὁμολογητὴν, ἐπίσκοπον τοῦ Πηλουσίου, πέδαις σιδηραῖς ἐνδυσάμενον (29), εἰρκτῆ καταθέσθαι, καὶ μὴ διαλιπεῖν προπυλακίζοντα, ἕως ἂν αὐτὸν τοῦ ζῆν ἀπελάσοι, προσετίθεσαν ταῖς κατηγορίαις. Καὶ δὴ καὶ ἡ Ἀρσενίου χεῖρ τηνικαῦτα προεκρομίσθη, καὶ ὁ Μαρρώτης, καὶ ὁ Ἰσχύρας, καὶ τὸ μυστικὸν ποτήριον, καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις, ἐφ' οἷς αὐτὸν καὶ ἐκκηρύξαι τὸ συνέδριον, καὶ ἀντ' αὐτοῦ προχειρίσασθαι τὸν ἐκ Καππαδοκίας Γρηγόριον (α). Ταῦτα μὲν οὖν ὁ φιλοψευδὴς Κακοστόργιος περὶ τοῦ ἁγίου τερατεύεται Ἀθανασίου.

prolata est, et Mareotes, et Ischyras, et sacrum populum, et ejusmodi alia. Has ob causas ait Athanasium a synodo excommunicatum esse, et Gregorium Cappadocem in ejus locum substitutum. Et hæc quidem Philopseudes noster de sancto Athanasio

16. "Ὅτι, φησὶν, ἡ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου μήτηρ Ἑλένη, ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ τῆς Νικομηδείας κόλπου πόλιν ἑδείματο, Ἑλενόπολιν (b) αὐτὴν ἐπονομάσασα· ἀσπάσασθαι δὲ τὸ χωρίον κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, ὅτι δὲ Λουκιανὸς ὁ μάρτυς ἐκεῖσε τύχοι μετὰ τὸν μαρτυρικὸν θάνατον ὑπὸ δελφίνος ἐκκομισθεῖς.

17. "Ὅτι τὸν μάρτυρα Λουκιανὸν φησι μέλλοντα τελευτᾶν, καὶ μήτε ναδὸν μήτε θυσιαστήριον τῆς τυραννικῆς βίας παρεχούσης, ἀλλὰ μηδὲ ἀντικινεῖσθαι (30) τῶν δεσμῶν καὶ πληγῶν συγχωρούντων, ἐν τῷ οἰκείῳ στέρνῳ ἀνακείμενον τὴν φρικτὴν θυσίαν τελεσάμενον, οὕτω τε αὐτὸν μετασχεῖν, καὶ τοὺς ἄλλους μεταλαβεῖν τοῦ ἀχράντου θύματος ἐπιτρέψαι. Ἐτελέσθη δὲ ἡ ἱερουργία ἐν τῇ εἰρκτῇ, τοῦ κυκλώσαντος αὐτὸν ἱεροῦ χοροῦ ὡς ἤδη ἀποθιοῦντα, ἐκκλησίας σχῆμα καὶ ἀσφάλειαν τοῦ μὴ καθορᾶσθαι τὰ δρώμενα παρὰ τῶν εὐσεβοῦντων (31) ἀναπληροῦντος.

18. "Ὅτι τούτου τοῦ μάρτυρος πολλοὺς μὲν καὶ

#### VALESII ANNOTATIONES.

(29) Πέδαις σιδηραῖς ἐνδυσάμενον. Lego ἐνδηκάμενον.

(30) Ἀλλὰ μηδὲ ἀντικινεῖσθαι. In ms. codice Samuelis Bocharti scriptum inveni, ἀλλὰ μηδὲ αὐτῆς κινεῖσθαι. Quæ licet corrupta sit lectio, viam tamen ad veram scripturam nobis ostendit. Scribo igitur, ἀλλὰ μηδὲ αὐτῷ κινεῖσθαι τῶν δεσμῶν καὶ

πληγῶν συγχωρούντων, etc.

(31) Παρὰ τῶν εὐσεβοῦντων. Sic etiam legit Nicephorus, ut videre est in libro octavo capite 51. Magis tamen placet conjectura Lucæ Holstenii, qui ad latus sui codicis annotavit legendum sibi videri ἀσεβοῦντων.

#### VARIORUM.

(a) Ἀντ' αὐτοῦ προχειρίσασθαι Γρηγόριον. Postea, cap. 18, ait, Gregorium mortuum fuisse antequam Athanasius de exilio, statim post mortem Constantini, rediret. E contra inter omnes constat, Gregorium istum a synodo demum Antiochena,

anno 341, ordinatum fuisse. W. Lowth.

(b) Ἑλενόπολιν. Drepanum in Bithynia Helenopolim vocari jussit Constantinus Magnus anno circiter imperii sui XXI, in honorem Helenæ matris ibi natæ. Vid. Soz. lib. II, c. 2, not.

ἄλλους μαθητὰς ἀναγράφει, οἷς καὶ Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας, καὶ Μάριν τὸν Χαλκηδόνος, καὶ τὸν Νικαίας Θεόγνιν συντάττει, καὶ Λεόντιον, τὸν ὕστερον γεγονότα τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον, καὶ Ἀντώνιον τὸν Ταρσοῦ τῆς Κιλικίας, καὶ Μηνόφαντον, καὶ Νεομήνιον, καὶ Εὐδόξιον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἀλέξανδρον καὶ Ἀστέριον τὸν Καππαδόχην· οὗς καὶ Ἕλληνισαί φησὶ ἐνδόντας τῇ τῶν τυράννων βίᾳ· ὕστερον δὲ ἀνακαλέσασθαι τὴν ἤτταν, συμβαλλομένου αὐτοῖς πρὸς τὴν μετάνοιαν τοῦ διδασκάλου.

ισ'. "Ὅτι τῶν εἰρημένων Ἀντώνιον μὲν καὶ Λεόντιον, ἀπαράτρωτον τὴν εὐσέβειαν (32) διασώσασθαι λέγει· Εὐσέβιον δὲ καὶ Μάριν καὶ Θεόγνιν, συναπαχθῆναι μὲν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ, ἀνενεχθῆναι δὲ τῆς μεταβολῆς. Τὸν δὲ Μάριν ἐκαῖθεν ἀνενεχθέντα, εἰς ἑτέραν αἰσθίς κατολισθῆσαι ἀτοπίαν, καὶ δὴ καὶ τὸν Θεόγνιν· ὃς τὸν Θεὸν καὶ πρὸ τοῦ γεννηῆσαι τὸν Υἱὸν Πατέρα οἶσται, ἅτε δὴ τὴν δύναμιν ἔχοντα τοῦ γεννηῆσαι. Ἀλλὰ δὴ καὶ τὸν Ἀστέριον παρατρέφαι τὸ φρόνημα, ἀπαράλλακτον εἰκόνα (a) τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας εἶναι τὸν Υἱὸν ἐν τοῖς αὐτοῦ λόγοις καὶ γράμμασι διαμαρτυρούμενον (33).

ισ'. "Ὅτι τὸ τριακοστὸν δεύτερον ἔτος ἐπιβαίνοντος τῆς βασιλείας αὐτοῦ Κωνσταντίνου, ἐν Νικομηδείᾳ φαρμάκοις ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν τεθνάναι (b) γράφει· ἐγγὺς δὲ τοῦ τέλους γεγονότα καὶ αἰσθόμενον τῆς ἐπιβουλῆς, διαθήκας τε γράψαι, τιμωρίαν ἀπαιτούσας τοὺς ἀνελόντας, καὶ ταύτην εἰσπράξασθαι τὸν προκαταλαβόντα τῶν παιδῶν κλεῦσαι, δέει τοῦ μή τι κάκεινους (34) ὑπ' αὐτῶν ὁμοιον ὑποστῆναι· δοῦναί τε τὰς διαθήκας Εὐσεβίῳ τῷ Νικομηδείας. Τὸν δὲ ὑφορούμενον τοὺς τοῦ βασιλέως ἀδελφούς, μὴ ποτε ζητήσειαν αὐτάς, καὶ ἀναμαθεῖν τὰ γεγραμμένα βουληθεῖεν, ἐνθεῖναι τῇ χειρὶ τοῦ νεκροῦ τὸ βιβλίον, καὶ παραδῶσαι τοῖς ἱματίοις. Ἐπιζητησάντων δ', ὡς ὑπενόει (35), λαθεῖν μὲν φάναι, ἀντιπαραδοῦναι δὲ πάλιν εἰς χεῖρας ὁμολογήσαι. Εἶτα μετὰ ταῦτα ἀνελόμενον, Κωνσταντίῳ τῷ αὐτοῦ παιδί ἐγχειρίσαι τὸ γράμμα προφθάσαντι τοὺς ἄλλους· τὸν δὲ μετ' οὐ

A cum multos alios discipulos recenset Philostorgius, tum præcipue Eusebium episcopum Nicomediæ, Marim Chalcedonis, Theognim Nicææ; Leontium præterea qui postmodum episcopus Antiochiæ factus est, et Antonium Tarsi Ciliciæ; Menophantum item et Numenium atque Eudoxium; Alexandrum quoque et Asterium Cappadocem: quos etiam ait tyrannorum cedentes violentiæ, diis gentilium sacrificasse; postea tamen lapsum suum emendasse, magistro ipsis ad pœnitentiam opitulante.

45. Ex supradictis autem, Antonium quidem ac Leontium integram atque illibatam pietatem servasse dicit; Eusebium vero et Theognim ac Marim a Nicæna quidem synodo in transversum abreptos esse, postea vero ad pristinam sententiam rediisse. B Marim tamen qui ad sanam doctrinam reversus fuerat, in alium denuo errorem prolapsus esse. Pari modo etiam Theognim, qui Deum etiam antequam genuisset filium, Patrem fuisse existimavit, utpote qui gignendi vim haberet. Sed et Asterium Luciani doctrinam interpolasse scribit, quippe qui in scriptis et orationibus suis affirmet, Filium substantiæ Patris imaginem esse nulla in re differentem.

46. *Constantini M. obitus et testamentum.* — Ait Constantinum, cum tricesimum ac secundum annum imperii sui ingressus esset, veneno a fratribus suis necatum esse Nicomediæ. Cumque exitus vitæ jam instaret, compertis insidiis testamentum scripsisse, quo mandabat, ut in auctores cædis animadverteretur; jussisseque ut ex liberis suis is qui primus advenisset, pœnas de illis sumeret, ne forte ipsi quoque simili fraude ab illis exstinguerentur. Porro testamenti tabulas a Constantino traditas esse Eusebio Nicomediensi episcopo. Hunc vero metuentem ne imperatoris fratres eas requirerent, et quid in illis scriptum esset cognoscere cuperent, tabulas in mortui manu reposuisse, et in vestibus ejus occultasse. Cum igitur illi, sicut suspicatus fuerat Eusebius, testamenti tabulas requisissent, Eusebium respondisse: se quidem eas accepisse,

## VALESH ANNOTATIONES.

(32) Ἀπαράτρωτον τὴν ἀσέβειαν. Procul dubio D scribendum est εὐσέβειαν, ut legitur in ms. codice Bocharti.

(33) Διαμαρτυρούμενης. Quis non videt scribendum hic esse διαμαρτυρούμενον? Certe in ms. codice Bocharti legitur διαμαρτυρούμενος.

(34) Κελεῦσαι δὲ εἰ τοῦ μή τι κάκεινους. Hujus loci emendatio debetur codici Bochartiano, in quo ita scribitur: Καὶ ταύτην εἰσπράξασθαι τὸν προκαταλαβόντα τῶν παιδῶν κλεῦσαι, δέει μὴ τι κάκεινους

ὑπ' αὐτῶν ὁμοιον ὑποστῆναι. Sic etiam Lucas Holstenius ad latus sui codicis emendarat, retento tamen articulo τοῦ. Verum si articulus iste retineatur, expungendum erit adverbium μή, et locus ita legendus: δέει τοῦ κάκεινους τι ὑπ' αὐτῶν ὁμοιον ὑποστῆναι.

(35) Ὡς ὑπενόει. Dudum conjeceram scribendum esse, ὡς ὑπενόει. Conjecturam meam postea confirmavit codex Bocharti, in quo ita diserte scriptum inveni.

## VARIORUM:

(a) Ἀπαράλλακτον εἰκόνα. Hæc Asterius ex Luciani symbolo totidem verbis mutuatus est, ut ex collatione apparebit, inquit cl. G. Bullus *Defens. fid. Nic.* sect. 2, cap. 13, n. 6; quem de Luciano ejusque Symbolo vid. apud Soz. lib. III, cap. 5, not. a. Baronius etiam Lucianum hæresi liberare conatur, notis in Martyrologium, et Annalibus ad ann. 311 et 318.

(b) Φαρμάκοις ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν τεθνάναι. Idem quod Philostorgius, produnt Zonaras et Cedrenus. Zonaræ verba sunt: Φάρμακόν τι πιεῖν δηλητήριον λέγεται παρὰ τῶν ἑτεροθαλῶν αὐτῷ κερασθὲν ἀδελφῶν· toxicum a fratribus patre duntaxat eodem natis temperatum hausisse fertur. At nihil tale ab aliis historicis, sive ethnicis sive Christianis, memoratum reperimus.

seul statim eas in manus Constantini ipsius reddidisse. Postea vero eundem Eusebium, cum testamenti tabulas rursus abstulisset, eas tradidisse Constantio Constantini filio, qui fratrum suorum adventum prævorterat. Hunc vero non multo post, ea quæ Pater testamento mandaverat, exsecutum esse.

17. *Constantini imago.* — Hic etiam impius Dei hostis Christianos accusat, quod imaginem Constantini in porphyretica columna stantem sacrificiis placarent, et lucernis accensis ac suffitibus honorarent, vota etiam facerent ut Deo, et supplicationes ad depellendas calamitates peragerent.

18. *Athanasii reditus.* — Post mortem Constantini Magni, cum omnes ubicunque qui exsulabant, redeundi licentiam nacti essent, Athanasium quoque ex Galliis Alexandriam reversum esse scribit. Cumque Gregorium mortuum esse didicisset, ex nave egressum, protinus ita ut erat, in Ecclesiam venisse ac sedem recepisse, nulla ratione habitae eorum qui ipsum deposuerant.

### EX LIBRO TERTIO.

1. *Constantini junioris caedes.* — Ait Philostorgius, Constantinum, qui filiorum Constantini erat maximus natu, Constanti fratri insidias struxisse, et cum ducibus ejus conferto prælio interfectum esse, et portionem imperii illius, Constantis imperio adjunctam fuisse.

2. *Constantius ecclesiam condit, et reliquias in-*

Α πολὺ κατὰ τὰ προστάγματα τοῦ πατρὸς διαπραξάσθαι.

Constantio Constantini filio, qui fratrum suorum adventum prævorterat. Hunc vero non multo post, ea quæ Pater testamento mandaverat, exsecutum esse.

ιζ'. Οὗτος ὁ θεομάχος, καὶ τὴν Κωνσταντίνου εἰκόνα τὴν ἐπὶ τοῦ πορφυροῦ κίονος ἰσταμένην, θυσίαις τε ἰλάσκεσθαι (56), καὶ λυγνοκαλαῖς καὶ θυμιάμασι τιμᾶν, καὶ εὐχὰς προσάγειν ὡς Θεῷ, καὶ ἀποτροπαίους ἰκετηρίας τῶν δεινῶν ἐπιτελεῖν τοὺς Χριστιανούς κατηγορεῖ.

ιη'. Ὅτι τελευτήσαντος τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου φησὶ, καὶ τῶν πανταχόθι μεθορίαις ταλαιπωρουμένων ἄδειαν ἀνακλήσεως εἰληφόντων, καὶ Ἀθανάσιόν φησι ἐκ τῶν Γαλλῶν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν παραγεγονότα, ἐπεὶ Γρηγόριον ἑμεμαθήκει τετελευτηκότα, ὡς εἶχεν εὐθύς ἀπὸ τῆς νεῖδος εἰς τὴν ἐκκλησίαν χωρῆσαι, καὶ τὸν θρόνον ἀναλαβεῖν, μηδένα λόγον τῶν ἀποκηρυξάντων αὐτὸν πεποιηκότα.

### EK THΣ ΤΡΙΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. Ὅτι Κώνσταντά φησιν (α), ὅς ἦν πρεσβύτερος τῶν Κωνσταντίνου παίδων, ἐπιβουλεύσαι τῷ ἀδελφῷ Κωνσταντίνῳ, καὶ μάχῃ τοῖς στρατηγοῖς αὐτοῦ συρράγέντα διαφθορῆναί τε καὶ τὴν μοῖραν τῆς ὑπ' αὐτὸν ἀρχῆς εἰς τὴν Κώνσταντος ἀνακοινωθῆναι.

β'. Ὅτι Κωνσταντῖον δι' ἐπαίνων ἄγει, καὶ τὴν

### VALESII ANNOTATIONES.

(56) *Θυσίαις τε ἰλάσκεσθαι.* Non immerito Photius reprehendit Philostorgium, quod dixerit Constantini statuam victimis et sacrificiis cultam esse a Christianis. Id enim prorsus commentitium est, et a religione Christianorum alienum. Sed quod ait Philostorgius lucernas et cereos ad ejus statuam accensos fuisse, precesque ei allegatas, et morborum curationes ab eo postulas, id verissimum est, nec reprehendi debuit a Photio. Idem certe testatur Theodoritus in libro 1 *Hist. Eccles.* cap. ultimo, et ex eo Nicephorus in fine libri septimi. Auctor quoque *Chronici Alexandrini*, Gallicano et Symmacho coss. de hac Constantini statua ita scribit: Ποιήσας ἑαυτῷ ἄλλην στήλην ἀπὸ ξοάνου κεχρυσωμένην, βαστάζουσάν ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ τὴν τύχην τῆς αὐτῆς πόλεως καὶ αὐτὴν κεχρυσωμένην, κελεύσας κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τοῦ γενεθλιακοῦ ἱππικοῦ εἰσιέναι τὴν αὐτὴν τοῦ ξοάνου στήλην, δηριγευσμένην ὑπὸ τῶν στρατευμάτων μετὰ χλανιδίων καὶ καμπηγίων, πάντων κατεχόντων κηροὺς λευκοὺς, περιέρχεσθαι τὸ ὄχημα τὸν ἄνω κάμπον καὶ ἔρχεσθαι εἰς τὸ σκάμμα κατέναντι τοῦ βασιλικοῦ καθίσματος, καὶ ἐπεγείρεσθαι κατὰ καιρὸν βασιλέα, καὶ προσκυνεῖν τὴν εὐαγγελίαν τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου καὶ τύχης τῆς αὐτῆς πόλεως. Id est, Cum fecisset sibi aliam statuam ex veteri quodam simulacro, inauratam, quæ dextra manu gestabat fortunam urbis Constantinopolitanæ, quæ ipsa quoque erat inaurata. Jussitque ut eo die quo Circenses ob natalem urbis Constantinopolitanæ edebantur, introiret eadem statua simulacri, deducta a militibus, lænas et campagos, seu calceos habentibus, et cereos albos

C manu gestantibus: utque currus quo statua vehabatur circum iret superiorem campum, et ad Scamma procederet ex adverso imperialis solii: utque imperator qui temporibus illis regnaret, e solio assurgens adoraret statuam ejusdem imperatoris Constantini, et fortunæ urbis Constantinopolitanæ. In Græco textu emendavi, καμπηγίων pro γαμπηγίων. Præterea correxi ἐπεγείρεσθαι τὸν κατὰ καιρὸν βασιλέα. Quam emendationem confirmat Hesychius in libro *De originibus urbis Constantinopolitanæ* sub finem. Verum dubitare quis non immerito possit, utrum hanc Constantini statuam intelligat Philostorgius hoc loco, an alteram potius ex ære radiatam, quam idem Constantinus in foro urbis Constantinopolitanæ sibi erexerat supra columnam porphyreticam, de qua loquitur auctor *Chronici Alexandrini*, Januario et Justo coss. Hanc igitur statuam, quam posteriore loco nominavi, potius intelligi puto a Philostorgio, duas ob causas: primum, quia Philostorgius eam statuam porphyreticæ columnæ impositam fuisse dicit: quod quidem verum est de posteriore statua Constantini, non autem de priore; secundo, quia Philostorgius ad illam Constantini statuam crebros ac pene quotidianos populi conventus fuisse scribit: quod quidem statuae illi, quæ erat in foro Constantini supra columnam porphyreticam, melius convenit. Statua autem illa, ἀπὸ ξοάνου, quæ fortunam urbis dextra manu gestabat, semel tantum quotannis ab imperatore et populo adorabatur in Circo, ut testatur Hesychius *De originibus Constantinopolitanis*, et auctor *Chronici Alexandrini*.

### VARIORUM

(a) *Κώνσταντά φησιν.* Ait hic Philostorgius Constantem fratri Constantino insidias struxisse; eam contra prædant alii Constantinum de Africa nominatim fratri Constanti controversiam movens-

tem adversus eum bellum movisse. Et hunc sensum secutus est Valesius in sua interpretatione. Vid. Soer. lib. II, cap. 5; Soz. lib. III, cap. 2.

ἐκκλησίαν φησὶν αὐτὸν δομήσασθαι τὴν ἐν Κων-  
 σταντίνου πάλαι, καὶ οὖσαν καὶ καλουμένην μεγά-  
 λην. Καὶ δὴ καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀπόστολον ἐκ τῆς  
 Ἀχαΐας μετακομίσαι ἐπὶ τὸν ναὸν ὃν οὗτος ἐξοικο-  
 δομήσατο, τὸ κοινὸν τῶν Ἀποστόλων (α) ἐπιφερόμε-  
 νον ὄνομα, οὗ πλησίον καὶ τὸν πατρῶον τάφον ιδρύ-  
 σασθαι· καὶ δὴ καὶ Λουκᾶν τὸν εὐαγγελιστὴν ἐκ τῆς  
 αὐτῆς Ἀχαΐας εἰς τὸ αὐτὸ μετενεγκεῖν τέμενος·  
 ἀλλὰ καὶ Τιμόθεον τὸν ἀπόστολον ὡσαύτως ἐξ Ἐφέ-  
 σου τῆς Ἰωνίας εἰς τὸν αὐτὸν ἀνακομίσαι περιώνυ-  
 μον καὶ σεβάσμιον οἶκον.

γ'. Ὅτι φησὶ ὡς ὁ Κωνσταντῖος γνοὺς Ἀθανά-  
 σιον τὸν Ἀλεξανδρείας ἑθρὸν ἀναλαβεῖν, ἐκεῖνον  
 μὲν ἐλαύνει τῆς Ἀλεξανδρείας, ἀντιχειροτονηθῆναι  
 δὲ γνώμην ἀποφαίνει Γεώργιον τὸν ἐκ Καππαδοκίας. **B**  
 Ὁ δὲ Ἀθανάσιος δεΐτας καὶ τὰς ἀπειλὰς καὶ τὸν  
 ἐξ ἐπιβουλῆς θάνατον, πρὸς τὸν ἐσπέριον ἀφικνεῖται  
 πάλιν βασιλέα.

δ'. Ὅτι Κωνσταντῖόν φησι διαπρεσβεύσασθαι πρὸς  
 τοὺς πάλαι μὲν Σαβαίους (b), νῦν δὲ Ὀμηρίτας  
 καλουμένους. Ἔστι δὲ τὸ ἔθνος τῶν ἐκ Χεττούρας  
 τῷ Ἀβραάμ γενομένων. Τὴν δὲ χώραν μεγάλην τε  
 Ἀραβίαν καλεῖσθαι καὶ εὐδαίμονα πρὸς τῶν Ἑλλή-  
 νων· καθήκειν δὲ ἐπὶ τὸν ἐξόχτατον ὠκεανόν· ἧς  
 μητρόπολις ἡ Σάβα· ἐξ ἧς καὶ ἡ βασιλεὺς καὶ τὸν  
 Σολομῶντα παραγεγόνει (37). Ἐμπερίτομον δὲ τὸ  
 ἔθνος (38), κατὰ τὴν ὁδόσιν περιτεμνόμενον ἡμέραν·  
 καὶ θύουσιν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ δαίμοσιν ἐπιχω-  
 ρίοις. Οὐκ ὀλίγον δὲ πλῆθος καὶ Ἰουδαίων αὐτοῖς **C**  
 ἀναπέφυρται. Πρὸς τούτοις οὖν διαπρεσβεύεται (39)  
 Κωνσταντῖος, ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν σκοπὸν ποιούμενος  
 αὐτοὺς μεταθέσθαι· δώροις τε οὖν μεγαλοπρεπέσι,  
 καὶ πλήθει (40), τὸν καθηγούμενον τοῦ ἔθνους οἰ-  
 κειώσασθαι διεννοεῖτο· κάκειθεν αὐτὶ καὶ τὰ (41)  
 τῆς εὐσεβείας σπέρματα χώραν εὐρεῖν ἐναποθέσθαι.  
 Ἄξιοι δὲ καὶ παρασχεῖν ἐκκλησίας τοῖς ἐκεῖσε τῶν  
 Ῥωμαίων ἀφικνουμένοις ἀνοικοδομήσασθαι, καὶ εἴ τι  
 ἄλλο τῶν αὐτοχθόνων ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν ἀποκλίνουσιν.  
 Ἐδίδου δὲ καὶ φέρειν φιλοτίμως τοὺς πρέσβεις καὶ

**A fert.** — Multis laudibus Constantium effert Philo-  
 storgius, atque eum Constantinopoli ecclesiam  
 ædificasse, quæ revera et est et dicitur magna. Re-  
 liquias etiam Andreae apostoli ex Achaia eum trans-  
 tulisse scribit in ecclesiam quam ipse absolverat,  
 quæ Apostolorum vocatur. Et juxta eam ecclesiam  
 patris sui tumulum collocasse; Lucam præterea  
 evangelistam ex eadem Achaia ab eo translatum  
 esse in supradictam ecclesiam; Timotheum denique  
 apostolum ab urbe Ionie Epheso in celebrem illam  
 ac venerabilem basilicam jussu ejusdem Constantii  
 deportatum fuisse.

3. *Athanasius fugit.* — Ait Philostorgius Con-  
 stantium, cum Athanasium Alexandriam sedem  
 postliminio recuperasse didicisset, eum quidem ex-  
 pulisse Alexandria, mandasse vero ut Georgius  
 Cappadox ejus loco ordinaretur. Athanasium itaque,  
 cum imperatoris minas et inimicorum insidias re-  
 formidaret, ad imperatorem qui tum in Occidentis  
 partibus regnabat, denno se contulisse.

4. *Ad Homeritas legatio. Theophilus Indus.* — Ait  
 Philostorgius, Constantium legatos misisse ad eos  
 qui olim quidem Sabæi, nunc autem Homeritæ vo-  
 cantur. Est hæc gens eorum qui ex Chettura nati  
 sunt Abrahamæ. Regionem autem quam incolunt, Ara-  
 biam magnam et felicem a Græcis appellari scribit,  
 et ad extimum Oceanum pertingere; ejusque me-  
 tropolim esse Sabam, ex qua urbe olim regina ad  
 Salomonem visendum profecta est. Est autem ea  
 gens ex circumcisione, et octavo die circumciditur;  
 sacrificant etiam soli et Ibmæ et diis indigenis. Ju-  
 dæorum quoque non exigua multitudo iis permista  
 est. Ad hos igitur legationem misit Constantius, eo  
 consilio ut ad veram pietatem illos traduceret; pro-  
 inde magnificis muneribus et blanda verborum per-  
 suasione regem illius gentis sibi conciliare statuit,  
 atque ex eo statim opportunitatem nactus, religionis  
 semina ibi spargere. Postulavit etiam, ut Romanis  
 illuc navigantibus, et regionis incolis qui ad Christi  
 fidem converti vellent, ecclesias ædificare liceret.  
 Dedit etiam legatis magnam vim pecuniæ, quam

## VALESI ANNOTATIONES.

(37) Καὶ τὸν Σολομῶντα παραγεγόνει. Nice-  
 phorus in libro octavo capite 35, hunc Philostorgii  
 locum describens, ita legit: Ἐξ ἧς Σολομῶντι παρα-  
 γεγονέναι λόγος ἔχει τὴν τοῦ Νότου βασιλισσαν. Ego  
 Pheotium scripsisse puto πρὸς τὸν Σολομῶντα.

(38) Ἐμπερίτομον δὲ τὸ ἔθνος. Scribendum est  
 procul dubio ἐμπερίτομον, quemadmodum præfer-  
 runt scripti codices, Scoriacensis scilicet et Bochar-  
 tianus. Quam scripturam confirmat etiam Nicepho-  
 rus in libro viii, capite citato.

(39) Πρὸς τούτοις οὖν διαπρεσβεύεται. Scribe

(a) Τῶν Ἀπόστολων. SS. Apostolorum tem-  
 plum, omnium post Sophianum celeberrimum ac  
 pulcherrimum, extraxit Constantinus Magnus ut  
 in eo imperatores Christiani post obitum humaren-  
 tur. Theophanes pag. 21; Eusebius Vit. Const. lib.  
 iv, cap. 58; Soer lib. i, cap. 16. Vide multa de  
 hoc templo apud Ducangium in Constantinopoli  
 Christiana, lib. iv, cap. 5.

**D** meo periculo, πρὸς τούτους· sic enim postulant  
 leges grammaticæ.

(40) Καὶ πλήθει. Scribendum mihi videtur καὶ  
 πειθοῖ, quam scripturam in interpretatione mea ex-  
 pressi. Certe vulgata lectio ferri non potest.

(41) Κάκειθεν αὐτὶ καὶ τὰ. In ms. codice Bo-  
 charti scriptum inveni, κάκειθεν αὐτῆς per com-  
 pendium. Quod cum non intelligeret Gothofredus,  
 edidit αὐτῆ, quæ vox nihili est. Sed procul dubio  
 legendum est αὐτοῖς, suppl. Ὀμηρίταις. Scriben-  
 dum etiam videtur χώραν εὐρών.

## VARIORUM.

(b) Πρὸς τοὺς πάλαι μὲν Σαβαίους. Peracta est  
 hæc legatio anno 356, ut existimat Gothofredus in  
 Comment. Leg. 2 cod. Theod. De Legatis data xviii  
 Kal. Feb. Constantio Aug. VIII ei Juliano Cæs.  
 coss., in qua dicit imperator: Nullus ad gentem  
 Arumitarum et Homeritarum ire præceptus, etc. Id  
 est, legatione fungi jussus, ut explicat Gothofredus.

ædificandis ecclesiis impenderent. Hujus porro legationis princeps erat Theophilus Indus. Qui olim quidem Constantino imperium administrante admodum juvenis, obses a Divæis missus fuerat ad Romanos: horum regio Divæis insula est. Incolæ vero ipsi quoque Indi cognominantur. Porro hunc Theophilum, cum diu inter Romanos vixisset, mores suos ad summam virtutis perfectionem formasse, et veram de Deo opinionem amplexum esse scribit; sed et monasticam vitam eum elegisse, et ad gradum diaconi promotum esse testatur, Eusebio sacras ei manus imponente. Sed hæc quidem prius. Postea vero cum legationem hanc obeundam suscepisset, a suæ communionis hominibus episcopali dignitate eum ornatum esse. Cæterum Constantius, cum legationem magnificam et valde gratiosam esse vellet, ducentos equos ex Cappadocia generosissimos navibus impositos, multaque alia dona, partim ad conciliandam admirationem, partim ad alliciendos animos misit. Theophilus igitur cum ad Sabæos venisset, gentis principi persuadere conatus est, ut Christum coleret, et a gentilium errore recederet. Et Judæorum quidem solita fraus ac malitia in profundissimum silentium sese abdere coacta est, cum Theophilus admirandis operibus editis fidem Christi invictam esse semel atque iterum ostendisset. Legatio vero felicem exitum sortita est, cum princeps gentis illius sincero animo ad veram pietatem transisset, et tres ecclesias in ea regione ædificasset, non tamen ex ea pecunia quam legati ab imperatore secum attulerant, verum ex iis sumptibus quos ipse alacri animo ex privata pecunia suppeditavit, admirandis Theophili operibus æqualem animi sui magnitudinem exhibere contendens. Ex illis autem ecclesiis unam quidem in metropoli totius

Α τῆς οἰκοδομῆς τὸ ἀνάλωμα. Ταύτης δὲ τῆς πρεσβείας ἐν τοῖς πρώτοις ἦν καὶ Θεόφιλος ὁ Ἰνδός. Ὅς πάλαι μὲν Κωνσταντίνου τοῦ πάλαι βασιλεύοντος, ἔτι τὴν ἡλικίαν νεώτατος, καθ' ὀμηρίαν παρὰ τῶν Διθηνῶν καλουμένων (42) εἰς Ῥωμαίους ἐστάλη· Διθουὶς γ' ἐστὶν αὐτοῖς ἡ νῆσος χώρα. Τῶν Ἰνδῶν δὲ καὶ οὗτοι φέρουσι τὸ ἐπώνυμον· τὸν μὲντοι Θεόφιλον, οὐκ ὀλίγον Ῥωμαίοις ἐνδιατρίψαντα χρόνον, τὰ τε ἦθη εἰς τὸ ἀκρότατον πρὸς ἀρετὴν ρυθμίσει, καὶ τὴν δόξαν πρὸς εὐσέθειαν, καὶ τὸν μοναυλίον ἀνελέσθαι βίον· καὶ δὴ καὶ εἰς βαθμὸν διακόνων παραγγεῖλαι, Εὐσεβίου τὰς ἱερουργοὺς αὐτῷ χεῖρας ἐπιθεμένου (ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον), τὴν δὲ πρεσβείαν ὑπελθόντα καὶ ἐφόρου λαβεῖν παρὰ τῶν ὁμοδόξων ἀξίωμα (43). Ὁ μὲντοι Κωνσταντίος μεγαλοπρεπῶς καὶ εἰς τὸ μάλιστα (44) κεχαρισμένον τὴν πρεσβείαν στέλλων, καὶ ἵππους εἰς διακοσίους τῶν ἐκ Καππαδοκίας εὐγενεστάτων ἵππαγωγῶν πλοίοις κομιζομένους, καὶ πολλὰς ἄλλας δωρεὰς εἰς τὸ πολυτελέστατον θαῦμα παρασχεῖν, καὶ θελκτηρίου συνεξέπεμψε. Καταλαβὼν δὲ τοὺς Σαβαίους ὁ Θεόφιλος, πείθειν ἐπεχειρεῖ τὸν ἐθνάρχην, Χριστὸν τε σέβειν εἰδέναι, καὶ τῆς Ἑλληνικῆς κλάνης ἀποστῆναι. Ἡ δὲ τῶν Ἰουδαίων οἰκεία ἐπίνοια, τοῦ Θεοφίλου παραδόξοις ἔργοις καὶ ἅπαξ καὶ δις τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἄμαχον ἐπιδειξάμενου, εἰς σιγὴν μὲν βαθεῖαν, καὶ ἄκον τὸ ἀντιπνέον (45) κατέδου. Τὰ δὲ τῆς πρεσβείας τὸ πέρας ἐδέχετο, καθαρότητι γνώμης τοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος τοῦ ἔθνους πρὸς τὴν εὐσέθειαν ἀποκλίναντος, καὶ τρεῖς οὐ μίαν ἐκκλησίας ἀνά τὴν χώραν ἀναστήσαντος, οὐκ ἐξ ὧν οἱ πρέσβεις ἔφερον βασιλικῶν ἀναλωμάτων, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτὸς ἐκεῖνος προθύμως οἴκοθεν ἐχορτῆγει· καὶ τῷ θαύματι τῶν Θεοφίλου ἔργων, ἐνάμιλλον παρέχειν ἐφιλοτιμεῖτο τὸ πρόθυμον. Τῶν δὲ ἐκκλησιῶν μίαν μὲν ἐν αὐτῇ τῇ μητροπόλει τοῦ παντὸς ἔθνους

## VALESII ANNOTATIONES.

(42) Πρὸς τοὺς Διθηνῶν καλουμένους. Assentior Lucæ Holstenio, qui ad latus sui cod. adnotavit legendum sibi videri, παρὰ τῶν Διθηνῶν καλουμένων. Quanquam πρὸς retineri etiam potest eodem sensu. Porro ab his Divæis ait Philostorgius obsidem missum esse ad Constantinum Magnum, Theophilum Indum, dum adhuc esset adolescens. Erat igitur hic Theophilus Divæus, ortus ex Diva insula maris Indici. Hujus nationis Indicæ meminit Ammianus Marcellinus, in libro xxii, pag. 211, editionis nostræ. *Hinc nationibus Indicis certatim cum donis optimates mittentibus ante tempus abusque Divis et Serindivis.* Quo in loco Divi quidem sunt, quos Divenos vocat Philostorgius, qui Divu, vel Devu insulam incolunt. Hæc est fortasse insula quæ Diu vulgo vocatur, ad ostium Indi fluminis sita, Regi Cambaiæ obnoxia: quam describit Hieronymus Osorius in libro ix *De rebus Emanuelis*. Quod spectat ad Serindivos, assentior viro doctissimo Samueli Bocharto, qui Serindivos ait esse incolas insulæ Seilan, quæ et Serandib Arabice dicitur. Quam eandem esse cum Taprobane, multis argumentis probat Bochartus in libro primo *De coloniis Phœnicum*, capite ultimo.

(43) Ἐφόρου λαβεῖν παρὰ τῶν ὁμοδόξων ἀξίωμα. Id per invidiam atque æmulationem ab Arianis factum esse opinor; nam cum Athanasius paulo ante hæc tempora Frumentium catholicum episcopum ad Axumitas misisset, ut ex Rufino refert So-

crates atque Sozomenus, Arianis, Athanasii gloriæ invidentes, ut suum dogma in illis regionibus disseminarent, Theophilum Indum eo mittendum curarunt: quem episcopi dignitate decorarunt, ut illum opponerent Frumentio. Quin etiam suaserunt Constantio imperatori, ut ad tyrannos Axumitarum (sic enim regulos earum nationum appellare consueverant, ut docet Arrianus in *Periplo maris Erythraei*) litteras scriberet, quibus posebat ut Frumentius ex illis regionibus eieceretur, ut testatur Athanasius in *Apologetico*.

(44) Εἰς τὸ μάλιστα κεχαρισμένον. Rectius in codice Bocharti legitur εἰς τὸ μάλιστα κεχαρισμένον, quemadmodum etiam scriptum est apud Nicephorum in lib. ix.

(45) Καὶ ἄκοντι ἀντιπλέων. In ms. codice Samuelis Bocharti scriptum inveni, καὶ ἄκον τὸ ἀντιπνέον κατέδου. Quæ lectio procul dubio vulgatæ præferenda est. Neque enim ἀντιπλέων Græce dicitur; aut si dicitur ἀντιπλέων, non convenit tamen huic loco. Posset etiam legi καὶ ἅπαν τὸ ἀντιπνέον. Porro de Judæorum malitia, qui Theophili prædicationi obsistebant, testatur etiam Metaphrastes in *Martyrio S. Arethæ et sociorum*: cujus locum jam protulit Gothofredus in Annotationibus. Nec quidquam causæ erat, cur Gothofredus dubitaret utrum e Philostorgio, an ex Nicephoro narrationem illam hausisset Metaphrastes, cum Nicephorus longe posterior sit Symeone Metaphraste.

Τάφαρον ὀνομαζομένη καθιδρύσατο· ἑτέραν δὲ ἐν ὧ A  
τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐμπόριον ἐτύγγανεν, ἔξω πρὸς τὸν  
ὠκεανὸν τετραμμένον. Καλοῦσι δὲ τὸ χωρίον Ἀδά-  
νην, ἐνθα καὶ τοὺς ἐκ Ῥωμαίων ἀφικνουμένους ἔθος  
ἦν καθορμίζεσθαι. Τὴν δὲ τρίτην ἐπὶ θάτερον τῆς  
χώρας μέρος, ἐν ὧ Περσικὸν ἐμπόριον γνωρίζεται  
ἐπὶ τῷ στόματι τῆς ἐκεῖσε Περσικῆς κείμενον θα-  
λάσσης.

ε'. Ὁ μόντοι Θεόφιλος τὰ ἐν τοῖς Ὀμηρίταις, ὡς  
ἕκαστα δυνατὸν ἦν καὶ ὁ καιρὸς ἐδίδου, διαθεῖς, καὶ  
τὰς ἐκκλησίας ἱερωσάμενος, καὶ κόσμοις οἷς ἐνῆν  
δυνατὸν διακοσμήσας, ἐπὶ τὴν Διβοῦ νῆσον (ἣν αὐτοῦ  
πατρίδα προεδίδαξεν ὁ λόγος) ἀπέπλευσε. Κάκειθεν  
εἰς τὴν ἄλλην ἀφίκετο Ἰνδικὴν, καὶ πολλὰ τῶν παρ'  
αὐτοῖς οὐκ εὐαγῶς δρωμένων ἐπανωρθώσατο. Καὶ  
γὰρ καθεζόμενοι (46) τῶν εὐαγγελικῶν ἀναγνωσμά-  
των ἐποιούνο τὴν ἀκρόασιν, καὶ ἄλλα τινὰ ὧν μὴ  
θεῖος θεσμὸς ἐπεστάται διεπράττοντο. Ἀλλὰ ταῦθ'  
ἕκαστα πρὸς τὸ σεβάσμιον αὐτοῖς καὶ θεοφιλὲς με-  
ταρρυθμίσας, καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας δόγμα ἐκρα-  
τύνατο. Οὐ γὰρ ἐδέοντο, φησὶν ὁ δυσσεβὴς οὗτος, τῆς  
τὸ θεῖον σέβας διορθώσεως ὑψηγῆσεως, ἐξ ἀρχῆς  
ἀπατρατώτως (47) τὸ ἑτεροσύσιον πρεσβεύμενοι.

ς'. Ἐκ δὲ ταύτης τῆς μεγάλης Ἀραβίας, εἰς  
τοὺς Αὐξουμίτας (α) καλουμένους ἀπαίρει Αἰθίοπας,  
οἱ κατὰ τὰς πρώτας ἕχθας κατώκηται τῆς Ἐρυθρᾶς

gentis quam Tapharon vocant, ædificavit; aliam  
vero in eo loco in quo Romanum erat emporium,  
ad exteriorem Oceanum vergens. Vocatur autem  
hic locus Adane, quo cuncti qui ex Romanorum  
ditione veniunt, appellere solent. Tertiam denique  
ecclesiam in altera regionis parte exstruxit, ubi  
Persicum est emporium celebre, in ostio maris  
Persici quod inibi est, situm.

5. At Theophilus, cum apud Homeritas singula,  
prout poterat et prout temporis ratio sinebat, or-  
dinasset, et ecclesias dedicavisset, et ornamentis  
quibus poterat exornasset, ad insulam Divu, quam  
ipsi patriam fuisse superius indicavimus, navigavit.  
Atque inde ad alias Indiæ regiones perrexit, mul-  
taque quæ apud illos non rite fiebant, emendavit.  
B Nam et lectiones Evangelii audiebant sedentes, et  
alia quædam peragebant quibus divina lex repu-  
gnabat. Verum Theophilus, cum singula apud eos  
juxta sanctiorem ritum Deoque magis acceptum  
correxisset, Ecclesiæ quoque dogma confirmavit.  
Neque enim circa divini numinis cultum, ut ait  
impius iste, ulla egebant emendatione, utpote qui  
ab ultima antiquitate constantissime Filium alterius  
a Patre substantiæ profiterentur.

6. Auxumitæ. — Ex hac autem magna Arabia  
profectus est Theophilus ad Æthiopas qui Auxu-  
mitæ vocantur. Habitant isti ad primum littus ma-

#### VALESII ANNOTATIONES.

(46) Καὶ γὰρ καθεζόμενοι. Moris fuit ut Chri-  
stiani qui missarum solemnibus intererant, stantes,  
relecto capite, et baculis humi depositis, Evangelii  
lectionem audirent. Ac de capite quidem nudo, et  
de baculis, diserte testatur ordo Romanus. De sta-  
tione vero, versus sunt elegantes Hildeberti Ceno-  
manensis episcopi, in libro *De expositione Missæ*,  
quos ex veteri codice Claromontani Collegii descri-  
ptos hic apponam :

#### DE EVANGELIO.

*Inde sinistrorsum Domini sacra verba leguntur.*  
*Plebs baculos ponit, stat, retegitque caput.*  
*Neve superveniens zizania seminet hostis,*  
*Frontibus imprimitur mystica forma crucis.*  
*Rejiciente fidem Judæa, gratia Christi*  
*Transiit ad gentes, Israel errat adhuc.*  
*Transitus hic, quoties Evangelium recitatur,*  
*Mentibus occurrit, exprimiturque loco.*  
*Ad lævam legitur, quia quo transiit aberrans,*  
*Et velut ad lævam gens idolatra fuit.*  
*Ut sis attentus, patiens, erectus in hostem,*  
*Et caput, et baculus, et status ipse docent.*  
*Quippe caput retegens attente audire moneris.*  
*Parcere, cum baculum projicis, instrueris.*  
*Stans discis, quoniam stantes pugnare solemus,*  
*Quod te pugna gravis sub vigili hoste manet.*

Ejusdem moris illustre exstat exemplum in *Vita  
sancti Anselmi Lucensis episcopi*, ubi de Mathilde  
comitissa hæc leguntur : *Præscripta domina multis  
diebus febribus nimium laboraverat, et capitis dolor  
vehemens ipsam fatigaverat. Cum vero die quadam*

C *ex more Missarum solemnibus adesset, enitens, dum  
legebatur Evangelium, erecta esse in pedibus, fatis-  
cata mox infirmitate decidit. Item in Vita ms.  
sancti Willelmi abbatis monasterii Eskilensis in Da-  
nia, scripta ante annos quingentos ab Eskilensi mo-  
nacho, Petri Roskildensis episcopi æquali : In Vi-  
gilia Pentecostes, expletis prophetiis et glorificatio-  
nibus, diacono Evangelium pronuntiante audivit vo-  
cem (mulier contracta) dicentem sibi : Mulier, surge;  
non decet Christianos ad Evangelium sedere, sed  
cum reverentia stare, et auscultare quod legitur.*  
Quem locum debeo indicio viri doctissimi et veterum  
monumentorum studiosissimi, Adriani Valesii fra-  
tris mei. Eundem morem fuisse in Africa docet  
Augustinus in libro *L Homiliarum*, sermone 26.  
[Idem quoque in Gallia observatum fuisse docet  
Cæsarius Arelatensis in homilia 43.] Ex eadem  
consuetudine et illud profluxit, ut populus in ec-  
clesia stans sacras conciones audiret, quippe quæ  
nihil aliud essent quam Evangelii expositio. Testat-  
D *ur hoc Eusebius noster in lib. IV De vita Constanti-  
ni, c. 33, et Augustinus in sermone 2 De SS. mar-  
tyribus : item in Tractatu 112 in Evangelium Joan-  
nis ; et in sermone De communi vita clericorum  
suorum ad populum Hipponensem ; et in sermone  
122 habito in Basilica Faustii. Vide Ferrarium in  
lib. II De sacris concionibus, cap. 21.*

(47) Ἀπατρατώτως. Existimavi aliquando scri-  
bendum esse ἀπατρατόπως. Nunc tamen vulgatam  
lectionem retineo ; eadem enim voce utitur Philo-  
storgius in libro II, c. 16.

#### VARIORUM.

(α) Εἰς τοὺς Αὐξουμίτας. Tradit hic Philostor-  
gius Auxumitas a Theophilo Ariano conversos tem-  
pore Constantii ; cum populi istius conversio revera  
tribuenda sit Frumentio orthodoxo, ordinato ab

Athanasio in principio episcopatus ejus, circa ann.  
327. Vide epistolam Constantii *Ad tyrannos Auxu-  
mitarum* apud Baronium ad ann. 356, n. 23, et Pagi  
ad ann. 327, n. 12, 20. *W. Lowth.*



ris Rubri, quod Oceanus illic sese insinuans efficit. **A** **Ac Rubrum** quidem mare, in maximam extensum longitudinem, in duos sinus dividitur; et alter quidem eorum versus Ægyptum tendit, Clysma, ubi desinit, cognominatus. Per hunc sinum Israelitæ quondam fugientes Ægyptios, sicco pede transgressi sunt. Altera vero pars in Palæstinam fertur, juxta urbem quæ jam inde a priscis temporibus Aila vocatur. Ad hujus igitur maris Rubri exteriorem sinum, in sinistro latere degunt Auxumitæ, ex vocabulo metropolis ita appellati. Urbium enim caput Auxumis dicitur. Ante hos autem Auxumitas, orientem versus, ad extremum pertingentes Oceanum, accolunt Syri, ab earum quoque regionum incolis ita dicti. Etenim Alexander Macedo eos ex Syria abductos illic collocavit: qui quidem patria Syrorum lingua etiamnum utuntur. Porro hi omnes colore sunt admodum nigro, acutis scilicet solis radiis eos perstringentibus. Apud hos xylocassia præcipue nascitur, et cassia; cassamum item et cinnamomum. Plurimi etiam ibidem sunt elephanti. Et Theophilus quidem ad hos usque minime penetravit; sed cum ad Auxumitas venisset, et cuncta illic negotia probe ordinasset, inde ad Romanorum

**A** (48) θαλάσσης, ἣν ὁ ταύτη ὠκεανὸς εἰσκαλιπζόμενος ἐργάζεται πᾶσαν· ἡ μέντοι Ἐρυθρὰ ἐπὶ πλείστον μηχανομένη (49), εἰς δύο τινὰς ἀπομερίζεται κόλπους· καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ Κλύσμα (50), καθ' ὃ τελευταῖα τὸ ἐπώνυμον φέρον (51). **Δι' οὗ** πάλαι καὶ τὸ Ἰσραηλιτικὸν (52) φεύγοντες τοὺς Αἰγυπτίους, ἀθρόω τὸ βαῖθρον διεπαραιώθησαν ποδί. Τὸ δὲ ἕτερον μέρος ἐπὶ Παλαιστίνης ἔρχεται κατὰ πόλιν Ἀεὶλὰ ἐκ παλαιῦ καλουμένην. Ἀλλὰ γὰρ ταύτης τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐν ἀριστερῷ τῆς ἐξωθεν (53) Αὐξουμίται κατέχουσιν, ἀπὸ τῆς μητροπόλεως οὕτω κληθέντας. Αὐξουμίται γὰρ αὐτοὶς ἡ μητρόπολις. Πρώτεροι δὲ τούτων τῶν Αὐξουμιτῶν ἐπὶ τὸν ἐξωτάτω πρὸς ἀνατολὰς καθήκοντες ὠκεανὸν παροικοῦσιν οἱ Σύροι, ταύτην τὴν κλῆσιν καὶ παρὰ τοῖς ἐκείσε φέροντες. Ἀλέξανδρος δὲ παρὰ τούτοις (54) ὁ Μακεδὼν ἐκ τῆς Συρίας ἀναστήσας, ἐνταυθοῖ κατόκισεν· οἱ καὶ νῦν ἐτι τῆ πατρίω φωνῇ κέχρηται. Μέλανες οὖν εἰσι δευρῶς ἅπαντες, ὄξείας αὐτοῖς τῆς ἀκτίνος τοῦ ἡλίου καθαπτομένης. Παρὰ τούτοις ἡ τε ξυλοκασσία μάλιστα γίνεται, καὶ ἡ κασσία, καὶ τὸ κάσσαμον, καὶ τὸ κιγνάμωμον, καὶ δὴ καὶ ἐλεφάντων πλῆθος. Πρὸς μὲν τούτους ὁ Θεόφιλος οὐκ ἀφίκατο· τοῖς Αὐξουμίταις δὲ παραγεγονῶς, καὶ τὰ

## VALESI ANNOTATIONES.

(48) Κατάκεινται τῆς Ἐρυθρᾶς. Rectius in ms. codice Bocharti scriptum est, κατόκισται, quomodo etiam legit Nicephorus.

(49) Ἐπὶ πλείστον μὴ κινουμένη. Scribendum est procul dubio μηχανομένη una voce, ut habent nss. codices. Atque ita etiam legit Nicephorus in libro nono capite 13.

(50) Καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ Κλύσμα. Assentior doctissimo viro Lucæ Holstenio, qui ad latus sui codicis hunc locum ita interpretatus est, *Et unus quidem usque ad Clysma Ægypti tendit.* Scribendum est igitur καὶ ὁ μὲν, etc. Nicephorus tamen in hoc Philostorgii loco legit τὸ μὲν, articulum hunc jungens cum vocabulo κλύσμα. Sic enim locum expressit in capite 18 libri noni: Ὅν τὸ μὲν ἐν κλύσμα ταύτης, ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ· ἐνθα δὴ τελευταῖα τὸ τὴν ἐπωνυμίαν φέρον αὐτῆς. Sed procul dubio falsus est Nicephorus: quippe qui non animadvertit Clysma esse civitatem Ægypti, ad Arabicum sinum sitam. De qua Bochartus multa notavit in libro *De sacra geographia*, pag. 122, erudite omnino. Sed non probo quod eandem vult esse Arsinoem, contra Ptolemæi auctoritatem, qui eam a Clysma distinguit. Nec probo quod idem Bochartus scribendum esse dicit Κλεῖσμα, quæ vox Græca non est. Κλύσμα enim Græci omnes eam vocant, παρὰ τὸ κλύζειν, eo quod maris Erythræi fluxus eam urbem aduat. Ex eo autem portu solvebant qui ab Ægypto in Indiam navigabant, ut docet Lucianus in *Pseudomanti*.

(51) Καθ' ὃ τελευταῖα τὸ ἐπώνυμον φέρον. Hunc Philostorgii locum Nicephorus non intellexit, ut ex verbis ejus supra citatis colligere licet. Sed neque Gothofredus, neque Holstenius verba Philostorgii intellexerunt. Sic enim vertit Gothofredus: *Ubi nomen suum retinens occidit.* Holstenius vero ad oram sui codicis pro verbo *occidit*, emendat *desinit*. Atqui non hoc dicit Philostorgius, sed ait sinum illum maris Erythræi, qui ad Ægyptum tendit, nomen accipere a loco in quo desinit: id est, sinum illum vocari Clysma ex nomine urbis in qua terminatur. Eodem modo quo alter sinus maris

Erythræi qui in Palæstinam fertur, Elaniticus cognominatur ab urbe Elana, quæ eadem est cum Aila, ut notavit Bochartus in libro *De coloniis Phœnicum*, capite 44. Totum igitur hunc locum ita distinguendum puto: ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ· Κλύσμα, καθ' ὃ τελευταῖα, τὸ ἐπώνυμον φέρον, ubi ἐπ' Αἰγύπτου ponitur pro ἐπ' Αἰγύπτου. Sic paulo post Philostorgius dicit ἐπὶ Παλαιστίνης ἔρχεται.

(52) Δι' οὗ πάλαι καὶ τὸ Ἰσραηλιτικόν. Idem testatur auctor *Itinerarii Antonii martyris* pag. 51: *Et transcendentem venimus in locum ubi intraverunt mare. Ibi est oratorium Moysi, et civitas parva quæ dicitur Disma, ad quam naves de India veniunt. In loco vero ubi transierunt, exit mare de majore pelago, et extenditur in multis millibus, quia habet accessa et recessa. Recedente autem mari apparet omnis submersio Pharaonis.* Ita legitur hic locus in manuscriptis codicibus, sed pro *Disma* procul dubio scribendum est *Clisma*. Ejusdem urbis iterum meminit pag. 52, *Deinde exeuntes, venimus in civitatem quæ dicitur Disma.* Verum hoc loco manuscripti codices *Clisma* diserte scriptum habent.

(53) Ἐν ἀριστερῷ τῆς ἐξωθεν. In codice Samuelis Bocharti scriptum inveni τοῖς ἐξωθεν. Quam scripturam magis probo, ut hic sit sensus: Ad sinistram partem maris Erythræi externis illæc navigantibus habitant Auxumitæ. Singula enim maria et sinus habent dextrum et sinistram latus, respectu scilicet eorum qui sinus illos ingrediuntur. Ita dextrum ac sinistram latus Ponti Euxini distinguunt geographi. Nicephorus quoque in hoc Philostorgii loco legit τοῖς ἐξωθεν, sed locum aliter interpolavit. Sic enim habet, ταύτης τοίνον τῆς Ἐρυθρᾶς τοῖς ἐξωθεν μέρεσιν ἐν ἀριστερῷ, Αὐξουμίται εἰσιν. Id est, ut vertit Langus: *In Kubri istius maris partibus exterioribus, ad sinistram Auxumitæ sunt.* In quibus verbis nullus est sensus.

(54) Ἀλέξανδρος δὲ παρὰ τούτοις. Scribendum puto Ἀλέξανδρος γὰρ τούτους ὁ Μακεδὼν ἐκ τῆς Συρίας ἀναστήσας, etc. Atque ita legit Nicephorus.

ἐκεῖσε καταστησάμενος, τῆς ἐπὶ Ῥωμαίους ἀνακομιδῆς εἶχετο. Πολλῆς δὲ τῆς τιμῆς παρὰ τοῦ βασιλέως μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἀξιώθεις, πόλιν μὲν ἰδίαν ἐφορᾶν οὐκ ἐκκληρώσατο· κοινὸν δ' ὡσπερ ἄγαλμα δι' ἀρετὴν τοῖς ὁμοδόξοις ἐδλέπετο.

partium episcopi convenirent; alteram Nicomediæ,  
quæ episcopos ex Oriente et Libya ac Thracia es-  
set habitura; ut in his synodis ea quæ ab utraque  
parte dicebantur, diligenti examine discuterentur.  
Sed Nicomediensem quidem synodum, ut impius  
iste calumniatur, eo quod plerique eorum in con-  
substantialis fidem propensi erant, terræ motus re-  
pressit, qui episcopos quindecim numero qui ante  
alios advenerant, una cum Cœcropsio ejusdem urbis  
episcopo exstinxit, concussa ecclesia in qua erant  
congregati. Ariminensis autem synodus, ad quam  
trecenti convenerunt episcopi, substantiæ quidem  
vocabulum penitus rejecit. Filium vero Patri simi-  
lem secundum Scripturas prædicans, additis singulorum  
subscriptionibus firmavit.

11. *Synodus Seleuciæ.* — Nicomedia hunc in  
modum terræ motu et incendio ac maris inunda-  
tione, ut iste ait, eversa, multisque hominibus ex-  
stinctis, synodus Seleuciæ tandem congregata est,  
cum Basilius quidem Nicæam recusasset, Eudoxius  
vero et Aëtius Tarsum admittere noluisent (19).  
At Basiliani, cum synodum quibusdam machinati-  
onibus in duas factiones divisissent, et seorsum con-  
venissent, similem quidem secundum substantiam  
confirmarunt; eos vero qui contra sentirent depo-  
suerunt, dissimilis substantiæ dogmate condemna-  
to. Ipsique per sese Annianum Antiochiæ episcopum  
ordinarunt. Eudoxius autem et Aëtius, cum dissi-  
milis substantiæ dogma scripto confirmassent,  
litteras suas quaquaversum miserunt.

12. *Synodus Constantinopoli.* — Verum impera-  
tor his de rebus certior factus, universos Constan-

Α εκρότουν· καὶ πολλῶν πειθομένων, καὶ τὸν Κωνσταν-  
τινουπόλεως Μακεδόνιον, καίτοι τοῖς περὶ Εὐνόμιον  
προαποκεκλιμένον (20), εἰς τὴν ἑαυτῶν ὁμῶς ἐπ-  
εσπᾶσαντο δόξαν· ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἑτέρους τῶν  
ἐπισκόπων, τοὺς μὲν ὑπάγοντες λόγοις, τοὺς δὲ, τὴν  
πειθῶ συνεπικεραυνῶντες τῇ βίᾳ.

ε'. "Ὅτι Πατρόφιλον τὸν Σκυθοπόλεως, καὶ Νάρκισ-  
σον τὴν Εἰρηνοπόλεως, καὶ ἑτέρους σὺν αὐταῖς, ἐν  
Σεγγιδόνι τῆς Μυσίας παραγενομένους, τὸν Κωνσταν-  
τίον φησὶν ἀναδιδάξαι τὰ παρὰ τοῦ Βασιλείου δεδρα-  
ματουργημένα. Καὶ τὸν καταπλαγέντα καὶ ὑπεραλγή-  
σαντα, τῶν μὲν μεθωρίων τοὺς κατεψηφισμένους  
ἀνεῖναι, συνόδους δὲ γενέσθαι προστάξαι δύο, τὴν μὲν  
ἐν Ἀριμίνῳ τοὺς ἀπὸ δύσεως συναλίζουσαν, τὴν δὲ  
τοὺς ἐξ ἑφᾶς καὶ Λιθύης καὶ Θράκης ἐν Νικομηδείᾳ·  
αἱ τὰ παρ' ἑκατέρου μέρους λεγόμενα δοκιμασίαις  
ἔμελλον παραβάλλειν. Ἀλλὰ τὴν μὲν ἐν Νικομηδείᾳ,  
ὡς οὗτος ὁ δυσσεθῆς δυσφημεῖ, τῶν πλείονων πρὸς  
τὸ ὁμοούσιον νενευκότων, σεισμῶς ἀναστέλλει, ὅς ταις  
προκαταλαβοῦσιν εἰς δεκαπέντε τὸν ἀριθμὸν ἀνηνε-  
γμένοις (α) ἅμα τοῦ ταύτης ἐπισκόπου Κεκροπίου, ἐπι-  
κατασείσας τὸν ναὸν ἐν ᾧ συνεδρίαζον, διαφθείρει.  
Ἡ δὲ ἐν Ἀριμίνῳ, εἰς τριακοσίους ἀνδρας συν-  
ελθοῦσα, τὸ μὲν τῆς οὐσίας ἕνομα εἰς τὸ παντε-  
λὲς διώσατο, ὅμοιον δὲ τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ κατὰ τὰς  
Γραφὰς ἀνακηρύξασα, ὑπογραφαῖς ἰδίαις κατησαλί-  
σαντο.

ια'. "Ὅτι τῆς Νικομηδείας σεισμῶ καὶ πυρὶ καὶ  
θαλάσσης ἐπικλύσει κατερειπωθείσης, ὡς οὗτος λέ-  
γει, καὶ πολλῶν ἀνθρώπων διαφθαρέντων, ἡ σύνοδος  
ἐν Σελευκείᾳ τὴν σύστασιν λαμβάνει· τῶν μὲν περὶ  
Βασίλειον τὴν Νικαίαν παραιτησαμένων, τῶν δὲ ἀμφὶ  
τὸν Εὐδόξιον καὶ Ἀέτιον τὴν Ταρσὸν οὐ προσηκαμέ-  
νων. Οἱ δὲ περὶ Βασίλειον μηχαναῖς τὴν σύνοδον δια-  
στήσαντες, καὶ καθ' ἑαυτοὺς συνεδρίασαντες, κυροῦσι  
μὲν τὸ κατ' οὐσίαν ὅμοιον, τοὺς δ' ἀντιφερομένους  
καθαιροῦσιν, ἀποκηρύξαντες τὸ ἑτεροούσιον, καὶ χει-  
ροτονοῦσιν αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐπίσκοπον τῆς Ἀντιο-  
χείας Ἀνιανόν. Πλὴν γὰρ καὶ οἱ περὶ Εὐδόξιον καὶ  
Ἀέτιον, τὸ ἑτεροούσιον ἐγγράφως κρατυνάμενοι, παν-  
ταχοῦ τὸν τόμον διαπέμπουσιν.

ιβ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς ταῦτα μαθὼν, προσέταξεν  
ἅπαντας εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀπαντᾶν. Καὶ

#### VALESI ANNOTATIONES.

ex sequenti vocabulo perperam geminata. Paulo  
post pro ὁμοούσιον, procul dubio scribendum est  
ὁμοιούσιον. Quod confirmat Philostorgius in capite  
42, infra.

(18) Theodorit., l. ii, c. 6.

(19) Theodorit., l. ii, c. 26.

(20) Προαποκεκλιμένον. Hunc locum restitui ex  
ms. codice Samuelis Bocharti, cui consentit etiam  
Scoriacensis. Interpretationem autem Gothofredi,  
Holstenius ad latus sui codicis ita correxerat: *Inter  
alios Macedonium Constantinopolitanum, quamvis  
ante in Eunomii partes inclinatum, in suam nihilo-  
minus sententiam pertraxerunt.*

#### VARIORUM.

(a) Τοῖς προκαταλαβοῦσιν — ἀνηνεγμένοις. Videtur legendum τοὺς προκαταλαβοῦντας — ἀνηνεγμέ-  
νους. W. Lowth.

δὴ συναθροίζονται ἐκ τε τῶν ἐσπερίων καὶ τῆς ἑώας καὶ Λιβύης μικροῦ σύμπαντες. Προειστήκεισαν δὲ τῶν μὲν κατ' οὐσίαν ὁμοιον πρεσθευόντων, Βασίλειός τε καὶ Εὐστάθιος· οἷς ἄλλοι τε καὶ Βασίλειος ἕτερος παρῆν συνασπίζων, διακόνων ἐτι τάξιν ἔχων, δυνάμει μὲν τοῦ λέγειν πολλῶν προφέρων, τῷ δὲ τῆς γνώμης ἀθαρσεῖ (21) πρὸς τοὺς κοινοὺς ὑποστελλόμενος ἀγῶνας. Τῶν δὲ τὸ ἑτεροούσιον, Ἀέτιος μὲν καὶ Εὐνόμιος ὑπῆρχον, οἱ τὴν δύναμιν ἄκροι, διακόνων ἐκάτερος βαθμὸν ἔχων. Ἐπίσκοποι δὲ δευτεραγωνιστῶν χορὸν ἐκπληροῦντες, Μάρης τε καὶ Εὐδόξιος, ὁ τότε τῆς Ἀντιοχείας ἐπισκοπήσας, ὕστερον δὲ καὶ τὸν Κωνσταντινουπόλεως ὑπελθὼν θρόνον. Καὶ δὴ καὶ Ἀκάκιος ὁ τῆς Παλαιστίνων Καισαρείας, τὴν πρὸς ἐκείνους ὑποκρινόμενος ὁμοδοξίαν, ἐφ' ᾧ τοὺς περὶ Βασίλειον ἀντιλυπῆσαι, διότι κάκεινοι Κύριλλον τῶν Ἱεροσολύμων ὑπ' αὐτοῦ παυθέντα τοῦ ἱεραῖσθαι, διὰ τιμῆς ἔφερον. Ἦν δὲ ὁ Ἀκάκιος θαρσαλέος μὲν ἐν τοῖς ἀγῶσι, διανοηθῆναι τε πράγματος φύσιν ὀξὺς, καὶ λόγῳ δηλῶσαι τὸ γνωθὲν ἱκανός. Ἐξ οὗ καὶ τὰ ταύτης τῆς συνόδου γράμματα (22), πολλὰ δὲ ἐστίν, οὗτος ἦν μόνος ὁ διατιθέμενος. Εἰς ἄμιλλαν οὖν δογμάτων ἐκατέρας μοίρας καταστάσης, ὁ μὲν Βασίλειος τῶν τὸ ὁμοούσιον δοξαζόντων προηγόρει, οἱ δὲ τοῦ ἑτεροούσιου ὑπὲρ ἀπάντων λέγειν τὸν Ἀέτιον προὔστησαν, συνασπίζοντος αὐτῷ καὶ Εὐνομίου. Ὡς δὲ εἶδον οἱ ἀμφὶ τὸν Βασίλειον προβεβλημένον αὐτοῖς εἰς ἀντιλογίαν τὸν Ἀέτιον, δέισαντες αὐτοῦ τὴν δύναμιν τῶν λόγων, οὐκ ἔφασαν δεῖν ἐπισκόπους ὄντας διακόνῳ περὶ δογμάτων εἰς λόγους καθίστασθαι. Ἀντειπόντων δὲ τῶν διαφορομένων, ὡς οὐκ ἀξίας νῦν ἐστὶ κρίσις, ἀλλ' ἀληθείας ἐπιζήτησις, δέχονται μὲν καὶ ἄκοντες οἱ περὶ Βασίλειον (α) τὸν ἀγῶνα· καὶ ὡς οὗτος λέγει, κατὰ κράτος τῆ τοῦ Ἀετίου γλώσση ἠττήθησαν, ὡς μὴ μόνον ὁμολογῆσαι, παρηλλάχθαι τὴν τοῦ γεννηθέντος οὐσίαν πρὸς τὴν τοῦ γειναμένου, καὶ κατὰ μηδὲν κοινωνεῖν, ἀλλὰ καὶ χειρὶ οἰκείᾳ τὴν ὁμολογίαν, Ἀετίου τοῦτο προσαπαιτήσαντος, βεβαιώσασθαι. Μαθόντα δὲ ταῦτα τὸν βασιλέα, καὶ ἦν πάλαι Βασίλειος κατὰ Ἀετίου διαβολὴν συνεσκευάκει, κατὰ μέσης τῆς καρδίας ἀκμάζουσαν φέροντα, τὸ συνενεχθὲν ἀρπάσαι πρὸς τὴν τῆς ὀργῆς ἐκπλήρωσιν. Διόπερ ἀμφω μὲν εἰς θεὸν παρίστησι, διαπυθάνεται δὲ τοῦ Βασιλείου, τίνα ἂν εἴη, οἷς ἐπαιτιᾶται τὸν Ἀέτιον. Ὁ δὲ, Ὡς ἀνόμοιον, ἔφη, τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εἰσηγεῖται. Ἀμείψασθαι δὲ πρὸς ταῦτα τὸν Ἀέτιον· τοσοῦτον ἐνδεῖν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ἀνόμοιον

tinopolim convenire jussit. Conveniunt itaque, tum ex Occidentis partibus, tum ex Oriente ac Libya fere universi (25). Et eorum quidem qui Filium similem secundum substantiam profitebantur, antesignani erant Basilius et Eustathius. Quibus tum alii aderant suppetias ferentes, tum Basilius alter, intra diaconi gradum etiam tum subsistens; dicendi quidem facultate multis superior, verum ob timiditatem ac pusillum animum publicas disputationes detrectans. Eorum vero qui dissimilem substantiam prædicabant, Aetius quidem et Eunomius, quantum ad vim ac potentiam attinet, præcipui erant, uterque diaconi duntaxat obtinens gradum. Secundas autem ab his partes implebant episcopi, Maris et Eudoxius, qui tum quidem episcopatum gesserat Antiochiæ, postea vero ad Constantinopolitanam sedem promotus est, itemque Acacius episcopus Cæsareæ Palæstinæ qui se cum illis consentire simulabat, ut Basilius vicissim dolore afficeret, propterea quod Basilius Cyrillum Hierosolymorum episcopum ab ipso depositum, nihilominus honore afficiebat. Erat porro Acacius audax in disputationibus, idem in dignoscendis negotiis acutissimus, et ad exponendos animi sui sensus satis disertus. Unde etiam acta hujus synodi, quæ non pauca sunt, ab hoc uno digesta ac disposita fuere. Cum igitur ambæ partes in certamen de dogmatibus suis venissent, eorum quidem qui Filium similem secundum substantiam profitebantur, patronus erat Basilius. Qui vero dissimilem substantiam asserebant, Aetium causæ suæ patronum constituerunt, adjuncto ei Eunomio. Porro Basilius et qui cum illo erant, cum Aetium adversarium sibi oppositum vidissent, ejus dicendi vim formidantes, indecorum esse dixerunt ut episcopi de dogmatibus fidei cum diacono certarent. Sed cum adversæ partis antistites reclamassent, non de dignitate præsens judicium, sed veritatis inquirendæ causa institutum esse dicentes, Basilius licet invitus in certamen descendit; et quemadmodum iste scribit, ab Aetii lingua penitus devictus est, adeo ut non solum confessus fuerit, substantiam geniti differre a substantia genitoris, nec ulla in re convenire, verum etiam propriæ manus subscriptione, sicut Aetius postulaverat, confessionem suam firmaverit. Quæ cum didicisset imperator, et calumniam quam Basilius in Aetium conflixerat, adhuc vigen-

## VALESI ANNOTATIONES.

(21) Τῷ δὲ τῆς γνώμης ἀθαρσεῖ. Ignaviam ac timiditatem Basilio Magno objicit Philostorgius Eunomianus. In hoc Eunomium ducem suum secutus, qui idem vitium Basilio exprobraverat, ut testatur Gregorius Nyssenus in libro primo *adversus Eunomium*, pag. 318. Verum Nyssenus eam accusationem eleganter ac luculente refutat in sequentibus.

(22) Ταύτης τῆς συνόδου γράμματα. Suspi-

catus sum aliquando scribendum hic esse πρᾶγματα. Ferri tamen potest vulgata scriptura, quippe quæ eundem sensum habet. Γράμματα enim hoc loco non epistolas duntaxat, verum etiam acta totius synodi designant. Certe verbum διατιθέμενος quod sequitur, non convenit solis epistolis.

(25) Theodorit., l. 11, c. 27.

## VARIORUM.

(α) Οἱ περὶ Βασίλειον. Duo Basillii in hoc capite memorantur; scil. Magnus ille qui postea Cæsareæ in Cappadocia antistes fuit, nunc vero diaco-

nus: et Basilius Ancyrae episcopus. De hoc posteriori hic sermo est.

tem in animo suo circumferret, eventus illius occasionem ad explendam iram suam arripuit. Ambo- bus igitur in conspectum suum venire jussis, Basilius interrogavit quamnam essent illa de quibus Aetium incusaret. Respondit Basilius, quod is dissimilem Patri Filium assereret. Ad hæc Aetius: Tantum abest, inquit, ut Filium Patri dissimilem dicam aut sentiam, quin potius absque ullo discrimine similem profiteor. At Constantius vocabulum illud ἀπαράλλακτος insimulans, nec discere omnino sustinens quoniam sensu eam vocem usurpasset Aetius, eum palatio expelli jussit. Postea vero Acacii opera perfecit, ut idem Aetius episcopali judicio deponeretur, subscribentibus ejus depositioni non solum orthodoxis, verum etiam iis ipsis qui ejusdem cum illo opinionis erant: quorum alii priorem sententiam mutaverant, alii id quod inviti fecerant, dispensationis nomine prætexebant. Porro Constantius Occidentalium epistolam in medium proferens, præsentium episcoporum subscriptionibus firmari eam jussit. Continebatur autem in hac epistola, Filium Patri similem esse secundum Scripturas. Tum vero opera etiam ejusdem Acacii, qui quidem aliud in pectore reconditum, aliud in lingua promptum habebat, universi qui aderant, et ii quoque ipsi qui dissimilem substantiam antea professi fuerant, subscripserunt.

#### EX LIBRO QUINTO HISTORIÆ.

1. *Acacius Basilianus et Aetianus pellit. Homousiani ordinati. Meletius episc. Antioch.* — Post hæc Acacius, cum imperatorem in suam sententiam pertraxisset, Basilium et Eustathium aliosque plures variis criminationibus appetitos, ex suis sedibus deposuit (24). Ipsum quoque Macedonium Constantinopolis episcopum sacerdotio exuit. Porro deposito Macedonio, Eudoxius ex Antiochensi episcopo, annuente Constantio, in ejus locum subrogatus est. Ii vero qui depositi fuerant, in exilium missi sunt, Basilius quidem in Illyricum: reliqui autem, alius alio dispersi: qui cum in exilium ducerentur, subscriptiones suas quibus Ariminensis concilii fidem confirmaverant, revocarunt; atque hi quidem consubstantialem, illi vero similis substantiæ Filium iterum prædicarunt. Aetius autem depositus, propterea quod ἀπαράλλακτον invexerat, quod reliquis ejus sermonibus ac scriptis manifeste repugnabat, Mopsuestiam Ciliciæ relegatur, cum omnes prope modum ejus fautores ac sectatores, non ipsum modo, verum etiam fidem quam prædicabat, subscriptione sua damnassent: alii quidem opinionem quam prius amplexi fuerant abjicientes; alii vero tempori servientes, et imperatoris voluntatem veritate ipsa potiore judicantes. Porro Acacius, cum Basilium quidem ob privatas inimicitias, Aetium vero ob dogmatum discrepantiam deposuisset, et in exilium trusisset, Cæsaream rediens, in

A εἰπεῖν ἢ δοξάσαι, ὥστε καὶ ἀπαράλλακτως ὅμοιον αὐτὸν κηρύττειν. Τῆς δὲ τοῦ ἀπαράλλακτου φωνῆς ὑποδραξάμενος ὁ Κωνσταντίος, καὶ μηδ' ἀνασχόμενος ὕλως ἐτι καταμαθεῖν, κατ' ὄν ἐκεῖνος τρόπον ἀνεφθέγγετο τὸ ἀπαράλλακτον, ἐκβλήθη μὲν κελεύει τῶν βασιλείων τὸν Ἀέτιον ὕστερον δὲ, τῇ συνδρομῇ Ἀκακίου, καὶ καθαιρέσεως ὑποβληθῆναι ψήφοις, οὐ τῶν ὀρθοδοξούντων μόνων ὑποσημηναμένων τῇ καθαιρέσει, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν εἰς τὰ μάλιστα τῷ φρονήματι κοινωνούντων· τῶν μὲν καὶ τὴν γνώμην μεταβληθέντων, τῶν δὲ τὴν ἀκούσιον πρᾶξιν οἰκονομίας ῥήματι κατασχηματιζόντων. Ὁ δὲ Κωνσταντίος, τὸν τῶν ἐσπερίων τόμον προκομισάμενος, τοῦτον καὶ τῶν παρόντων ὑποσημηνασθαι χειρὶ οἰκείᾳ διεκελεύσατο. Περιείχετο δὲ τῷ τόμῳ, ὅμοιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὰς

B Γραφὰς ἀνομολογεῖν τὸν Υἱόν. Καὶ πάλιν ἐνταῦθα συνδρομῇ τοῦ Ἀκακίου, ὃς ἕτερος μὲν ἦν τὴν δόξαν, ἕτερος δὲ τὴν γλῶτταν, ὑπογράφουσι πάντες ὅσοι παρήσαν, καὶ ὅσοι πρὶν ἐπρέσβευον τὸ ἕτεροούσιον.

#### EK TΗΣ ΠΕΜΠΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. Ὅτι, φησὶ, μετὰ ταῦτα Ἀκάκιος τοὺς περὶ Βασίλειον καὶ Εὐστάθιον, βασιλέα πείσας καὶ αἰτίαις ἄλλοις ἄλλαις ὑποβαλὼν, καθαιρεῖ τῶν θρόνων. Καθαιρεῖ δὲ καὶ Μακεδόνιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον. Παυθέντος δὲ τοῦ Μακεδονίου, Εὐδόξιος ἐξ Ἀντιοχείας Κωνσταντίου γνώμη ἀντικαθιδρύεται τῷ θρόνῳ. Ὑπερορίζονται δὲ καὶ οἱ καθαιρεθέντες, Βασίλειος μὲν εἰς Ἰλλυριοὺς, οἱ δὲ λοιποὶ ἄλλος ἄλλαχόσε· οἱ πρὸς τὴν ὑπερόριον στελλόμενοι, ἀθετοῦσι μὲν τὰς οἰκείας ὑπογραφὰς, αἷς τὴν ἐν Ἀριμίνῳ πίστιν ὑπεσημήναντο· ἀνακηρύττουσι δὲ πάλιν οἱ μὲν τὸ ὁμοούσιον, οἱ δὲ τὸ ὁμοιούσιον. Καὶ ὁ Ἀέτιος δὲ, καθαιρεθεὶς διότι τὸ ἀπαράλλακτον εἰσηγήσατο, ὅπερ αὐτοῦ ταῖς ἄλλαις ὁμιλίαις καὶ συγγραφαῖς διαῤῥήδην ἀπεμάχετο, ὑπερόριος εἰς Μοψουεστίαν τῆς Κιλικίας ἐκπέμπεται, ὑπογραφῶντων κατ' αὐτοῦ, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῆς πίστεως ἦν ἐκήρυττε, μικροῦ πάντων αὐτοῦ τῶν ἐραστῶν καὶ ὁμοφρόνων· τῶν μὲν ἐκ μεταβολῆς τῶν πάλαι δεδογμένων, τῶν δὲ τοῖς καιροῖς ἐνδόντων, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως γνώμην κρείττω τῆς παρὰ σφίσι ἀληθείας ποιησαμένων. Ὁ δὲ Ἀκάκιος τοὺς περὶ Βασίλειον δι' ἰδίαν ἔχθραν, καὶ τὸν Ἀέτιον διὰ τὸ ἕτεροδοξεῖν καθελὼν, καὶ ὑπερορίου ποιησάμενος, ἀνατρέχων ἐπὶ τὴν Καισάρειαν, ταῖς χηρευούσαις Ἐκκλησίαις ἀρχιερεῖς καθίστη, τὸ ὁμοούσιον θρησκεύοντας· καὶ καθίστησι μὲν ἐν Νικομηδείᾳ ἀντὶ Κεκροπίου, Ὀνήσιμον· ἀντὶ δὲ Βασιλείου τῇ Ἀγκύρᾳ, Ἀθανάσιον (25). Ἀκάκιον δὲ ἕτε-

#### VALESII ANNOTATIONES.

(24) Theodorit. l. ii, c. 26.

(25) Τῇ Ἀγκύρᾳ Ἀθανάσιον. De hoc Athanasio Ancyrae episcopo, præter Socratem et Basilium a Gothofredo citatos, meminit Gregorius Nyssenus in libro primo contra Eunomium, p. 292: Τὰ γὰρ κατὰ τὸν Ἀέτιον τοῦτον Ἀθανασίου ποτὲ τοῦ Γάλατων

ἐπισκόπου λέγοντος ἤκουσα, ἀνδρὸς οὐκ ἂν τι πρὸς τῆς ἀληθείας προτιμήσαντος, etc. Id est, Nam quis ei qualis fuerit hic Aetius, audiivi quondam narrantem Athanasium episcopum Galatiæ, virum cui nihil unquam veritate fuit antiquius.

ρον ἀντὶ Σιλβανῶ, τῆ Ταρσῶ. Ἐν δὲ τῇ Ἀντιοχείᾳ, ἄσοι μὲν ποτε τῶν ἐν τῷ κληρῷ συνέπραξαν Βασιλείῳ ἐν τοῖς κατὰ τοῦ Ἀετίου καὶ Εὐδοξίου τολμηθεῖσιν, ἐρήμην ἠλαύνοντο. Μελέτιον δὲ τῆς Σεβαστείας τῶν Ἀρμενίων μεταπεμφάμενος, ἀντὶ Εὐδοξίου τῷ θρόνῳ ἐγκαθιδρύει· ἤδη γὰρ Εὐδόξιος Κωνσταντινουπόλεως ἐπέβαινε. Ὁ δὲ Μελέτιος, τὰ μὲν πρῶτα, τῆ τοῦ βασιλέως ῥοπῆ, θεραπεύων τὸ ἑτεροούσιον ὑπεκρίνετο (26), καὶ τῷ τόμῳ τῶν ἐσπερίων ὑπέγραψε, τοῦ δὲ τῆς Ἀντιοχείας ἐπάρχας θρόνου, θερμὸς ἦν τοῦ ὁμοουσίου ὑπέρμαχος. Χειροτονεῖ δὲ καὶ Πελάγιον ὁ Ἀκάκιος ἐν Λαοδικείᾳ· καὶ ἀπλῶς ἔνθα ἂν ἡ δύναμις εἶπετο (27), τὴν βουλὴν ἐδίδου, κατὰ τὸ κράτιστον ἀντὶ τῶν ἐξελαθέντων τοὺς τὸ ὁμοούσιον εἰς τὸ ἀπροφάσιστον τιμῶντας ἐγκαθιστάναι.

Sed postquam ad Antiochenam sedem promotus est, consubstantialis propugnator acerrimus exstitit. Laodiceæ vero idem Acacius Pelagium ordinavit episcopum. Atque, ut breviter dicam, ubicunque vis ac potentia ei consilium dabat, in eorum locum qui expulsi fuerant, eos qui consubstantiale apertissime profiterentur, summo studio collocavit.

β. Ὅτι, φησὶν, ὁ βασιλεὺς παρὰ Ἀκακίου (28) μαθῶν, ὡς ὁ Ἀέτιος ὑπὸ Αὐξεντίου τοῦ Μοψουεστίας ἐπισκόπου ἐς τὰ μάλιστα φιλοφροσύνης ἀξιοῦται, εἰς Ἀμβλαδα (α) (29) τοῦτον μεθορισθῆναι παρακελεύεται, ἐκεῖ κακῶς ἀπορῥῆξαι τὸν βίον, διὰ τὸ βάρβαρον καὶ μισάνθρωπον τῶν ἐνοικούντων. Αὐχμοῦ δὲ καὶ λοιμοῦ τὴν χώραν ἔχοντος ἀνυποσίτου, ὡς οὗτος ὁ δυσσεβῆς ψευδολογεῖ, τὸν Ἀέτιον ἐξίλευσάμενον τὸ θεῖον λῦσαι μὲν τὰ δεινὰ, παμπόλλης δὲ τυχεῖν ὑπὸ τῶν ἐνοικούντων εὐνοίας τε καὶ σεβασμιότητος.

γ. Ὅτι τῶν περὶ Εὐστάθιον καὶ Εὐσέβιον καὶ Ἐλεῦσιον καθαιρεθέντων, οἱ ἀμφὶ τὸν Μάριν καὶ Εὐδόξιον γνώμη Κωνσταντίου, τῆς Κυζίκου τὸν Εὐνόμιον (β) ἐπίσκοπον χειροτονοῦσιν, οὐκ ἄλλως ἐκείνου τὴν χειροτονίαν ἀνασχομένου, εἰ μὴ παρ' αὐτῶν ὑποσχέσεις λάθοι, τὸν Ἀέτιον καὶ τῆς ὑπερορίας, καὶ τῆς καθαιρέσεως ἀθωωθῆναι· καὶ χρόνος ἦν ὁ τῆς προθεσμίας εἰς τρεῖς ἀπαρτιζόμενος μῆνας.

A Ecclesiis quæ pastore suo viduatæ erant, eos episcopos constituit, qui consubstantialis fidem profiterentur. Ac Nicomediæ quidem in locum Cecropii, Onesimum ordinavit; Ancyrae vero in locum Basilii Athanasium substituit. Tarsensibus autem Silvani loco Acacium alterum præfecit. Antiochiæ vero clerici omnes qui cum Basilio olim consenserant in his quæ contra Aetium et Eudoxium tentata fuerant, indicta causa, expulsi sunt. Et Meletius ex urbe Armeniæ Sebastia accitus, in Antiochena sede ab eodem Acacio collocatus est, vice Eudoxii; jam enim Eudoxius Constantinopolitanam ad sedem conscenderat. At Meletius, prius quidem dissimilis substantiæ Filium professus, ad imperatoris arbitrium sese accommodabat, et Occidentalium epistolæ subscripserat.

2. Aetii exsilium. — Cum imperator ex Acacio didicisset, Aetium ab Auxentio Mopsuestiæ episcopo omni humanitate ac benevolentia foveri, eum Amblada deportari jussit, ut vitam illic misere finiret, ob barbariem atque inhumanitatem incolarum. Cumque æstus ac pestilentia intolerabilis eum locum infestarent, impius iste mendaciorum scriptor ait Aetium placato divino Numine has calamitates depulisse, et summa benevolentia atque observantia ab incolis exceptum esse.

3. Eunomius ep. Cyzici. — Post Eustathii, Eusebii et Eleusii depositionem, Maris atque Eudoxius, annuente Constantio, Eunomium Cyzici episcopum ordinarunt. Qui tamen hanc ordinationem suscipere recusavit, nisi prius sponsionem ab iis accepisset, Aetium et exsilio et depositionis sententia absolutum iri. Eique rei perficiendæ intervallum trium mensium definitum est.

3. Eunomius ep. Cyzici. — Post Eustathii, Eusebii et Eleusii depositionem, Maris atque Eudoxius, annuente Constantio, Eunomium Cyzici episcopum ordinarunt. Qui tamen hanc ordinationem suscipere recusavit, nisi prius sponsionem ab iis accepisset, Aetium et exsilio et depositionis sententia absolutum iri. Eique rei perficiendæ intervallum trium mensium definitum est.

#### VALESI ANNOTATIONES.

(26) Ὑπεκρίνετο. Scribendum puto ὑπεκλίνετο. Eodem verbo utitur Philostorgius in libro iv, cap. 9, καίτοι τοῖς περὶ Εὐνόμιον προαποκεκλιμένον. Gothofredus vero hunc locum aliter interpunxit, ut ex versione ejus apparet. Sic enim interpretatur: At Meletius, initio quidem imperatoris nutui serviens, ἑτεροούσιον simulavit. Verum Græci sermonis proprietas hoc loquendi genus non admittit, τῆ τοῦ βασιλέως ῥοπῆ θεραπεύων. Dicerent enim δουλεύων, aut quid simile. Recte igitur emendavi, ὑπεκλίνετο τῆ τοῦ βασιλέως ῥοπῆ. Quæ elegans est metaphora a momento trutinæ desumpta. Jam vero θεραπεύων τὸ ἑτεροούσιον eleganter dicitur pro τιμῶν, ut paulo post loquitur Philostorgius.

(27) Ἐνθα ἂν ἡ δύναμις εἶπετο. Suspiciatus sum aliquando hunc locum ita restituendum esse: ἔνθα ἂν ἡ δύναμις αὐτῷ τὴν βουλὴν ἐδίδου, etc. Et in fine

ἐγκαθίστησι. Sed nunc re attentius examinata, nihil mutandum censeo.

(28) Ὁ βασιλεὺς παρὰ Ἀκακίου. In apographo Samuelis Bocharti, post has voces, in margine annotantur hæc verba: Adde μαθῶν ex margine manuscripti exemplaris.

(29) Εἰς Ἀμβλαδα. In manuscripto codice Samuelis Bocharti legitur, Ἀμβλασα. Et paulo post pro ἀνυποσίτου idem codex habet ἀνυποστάτου, ὡς οὗτος ὁ δυσσεβῆς ψευδολογεῖ. Porro cum hoc capite jungendus est locus Suidæ in voce Αὐξέντιος, qui absque ulla dubitatione descriptus est ex hoc Philostorgii libro. Nam et Aetii et Eunomii elogium quod illic legitur, id manifeste declarat, et stylus ipse Philostorgium auctorem indicat. Ἐφοροι enim ibi dicuntur episcopi: quæ locutio peculiaris est Philostorgio.

#### VARIORUM.

(α) Ἀμβλαδα. Pisidiæ civitas dicitur Artemidoro, et ex eo Straboni; Tauro monti subjecta, Isauriæ olim vicina, et forte pars ejus hoc ævo, quo Isauri latrociniis dediti, ad gravia bella proruperant, ut scribit Marcellinus lib. xiv, in gestis anni 353. J. Gothofred. in loc.

(β) Τῆς Κυζίκου τὸν Εὐνόμιον. Soer. lib. iv, cap. 7, et Soz. lib. vi, cap. 8, Eunomium faciunt Cyzici episcopum sub Valente imp.; sub Constantio melius Theodoritus, lib. ii, cap. 27, et hic Philostorgius.

4. *Constantius Persis bello inferior.* — Cum Constantius de hostibus victoriam reportare antea solitus esset, postquam proximorum cruore dextram suam contaminavit, et Basilii calumniis impulsus, Theophilum et Aetium ac Serram exsilio multavit, commisso cum Persis prælio victus recessit.

5. *Meletio pulso subrogatus Euzoius* (50). — Ait impius Philostorgius, Meletium Antiochensem episcopum a Constantio, qui tunc Antiochiæ degebat, Melitinam, quæ patria ejusdem erat, relegatum esse, tanquam perjurii convictum, et propterea quod cum τὸ ὁμοούσιον ardentissime prædicaret, idem tamen τὸ ἑτεροούσιον amplecti se fingebat. Posthæc Constantius Euzoium hæreseos Arii consortem, ex urbe Alexandria evocavit, jussisque episcopis ei manus imponere, episcopum Antiochiæ eum constituit.

#### EX LIBRO SEXTO HISTORIÆ.

1. *Eunomii accusati defensio* (31). — Quidam ex clero urbis Cyzicenæ Eunomium criminati sunt apud Eudoxium, quasi is dissimilem Patri Filium assere-ret, ex eo quod similem secundum substantiam negabat, argumentum ducentes dissimilitudinis Patris cum Filio. Eundem præterea accusabant, quod vetustos ritus mutaret, et eos qui cum ipso impie agere nollent, ejiceret. Hanc ob causam tumultus in Ecclesia Constantinopolitana excitatus est, Hesy-chio quodam ejus Ecclesiæ presbytero eam de industria commovente. Proinde Eudoxius Eunomium ad se accersit. Qui cum advenisset, Eudoxium insinulavit tarditatis ac negligentiae in per-ficiendis iis quæ promiserat. Eudoxius vero, se haudquaquam ea neglexisse respondit, sed prius componendum esse tumultum qui ipsius causa excitatus fuerat. Eunomius igitur apud clerum Constantinopolitanum defensionem suam exorsus, eos qui prius tumultuabantur, ita sibi conciliavit, ut non modo in contrariam sententiam transierint, verum etiam Eunomio deinceps testimonium pietatis ultro perhibuerint. Non enim solum in his quas

δ'. "Οτι, φησὶν, εὐθὺς Κωνσταντίος τῶν παλεμίων κρατεῖν, ἐπειδὴ ὁμογνίῳ λύθρῳ (α) τὴν δεξιὰν ἐξεμί-ανε, καὶ τοὺς ἀμφὶ Θεόφιλον καὶ Ἀέτιον καὶ Σέρβαν, διαβολαῖς ἀναπεισθεὶς Βασιλείου, ὑπερορίους ἐποιή-σατο, πρὸς Πέρσας συμπλαχεὶς τὸ ἦντον ἤνεγκεν.

ε'. "Οτι φησὶν οὗτος ὁ δυσσεβὴς, τὸν Ἀντιοχείας Μελέτιον ὑπὸ τοῦ Κωνσταντίου καὶ αὐτοῦ ἐν Ἀντιο-χείᾳ διατρίβοντος, ὑπερόριον ἐς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα τὴν Μελιτινὴν ἐκπέμψαι, ὡς ἐπιορκίαις ἀλόντα, καὶ ὅτι ὁμοούσιον πρεσβεύων ἐκτόπως, τὸ ἑτεροούσιον κατεσχηματίζετο. Μεταπέμπεται δὲ ἐξ Ἀλεξανδρείας τὸν συναιρεσιώτην Ἀρείου Εὐζώϊον· καὶ τούτῳ χεῖ-ρας ἐπιθεῖναι τοὺς ἐπισκόπους καλεῦσας, ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας ἀποκαθίστησιν.

#### EK TΗΣ ΕΚΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. "Οτι τὸν Εὐνόμιον τινες τῶν ἐν τῷ κλήρῳ Κυζίκου Εὐδόξιῳ διαβάλλουσιν, ὡς ἀνόμιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εἰσηγούμενον, τὸ μὴ κατ' οὐσίαν ὅμοιον εἰς κατ-τηγορίαν ἀνομοιότητος Πατρὸς πρὸς Υἱὸν μετασκευά-ζοντες· καὶ τὰ παλαιὰ δὲ μετακινεῖν ἔθη, καὶ τοὺς μὴ συνασεβεῖν ἐθέλοντας διασκευάζειν. Ἐπὶ τούτοις θόρυβος τὴν Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησίαν εἶχεν, ἀνακινουῦντος αὐτὴν ἐπίτηδες τινος τῶν ἐν αὐτῇ πρε-σβυτέρου, Ἡσυχίου τοῦνομα. Διὸ μετάπεμπτον ὁ Εὐ-δόξιος τὸν Εὐνόμιον ποιεῖται. Παραγεγονώς δὲ ὁ μὲν τῆς βραδυτῆτος καὶ ὀλιγωρίας τῶν ὑπεσχημένων τὸν Εὐδόξιον ἤτιστα· ὁ δὲ περὶ τούτων μὲν ὑπεκρί-νατο (32) μὴ ἂν ἀμελήσαι· δεῖν δὲ πρὶν τὴν περὶ αὐτοῦ γεγεννημένην διαλύσαι στάσιν. Ἐντεῦθεν εἰς ἀπολογίαὶν ὁ Εὐνόμιος τῷ Κωνσταντινουπόλεως κλήρῳ καταστάς, οὕτω τοὺς πρὶν θορυβοῦντας εἶλεν, ὡς μὴ μόνον εἰς τὴν ἐναντίαν μεταστῆσαι δόξαν, ἀλλὰ μάρτυρας αὐτοῦ θερμοῦς τῆς εὐσεβείας γενέσθαι. Καὶ γὰρ ἀνόμιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν οὐ μόνον οὐ-δαμῶς ἐν οἷς ἐδημιούργησε (33) δογματίζειν ἐξωράθη, ἀλλὰ γε καὶ ὅμοιον κατὰ τὰς Γραφὰς ἀνακηρύττειν ἐπαρῆρησιάζετο. Τὸ μέντοι ὅμοιον (34) κατὰ τὴν οὐ-

#### VALESII ANNOTATIONES.

(30) Theodorit. l. II, c. 31.

(31) Theodorit. l. II, c. 29.

(32) Ὁ δὲ περὶ τούτων μὲν ὑπεκρίνατο. Non dubito quin scribendum sit ἀπεκρίνατο, licet manu-scripti codices nihil mutant.

(33) Ἐν οἷς ἐδημιούργησε. Scribendum est, ni fallor, ἐδημηγόρησε, id est, in concionibus quas Eunomius habuit ad clerum Constantinopolitanum, ut se ab hæreseos crimine apud illos purgaret. Certe Philostorgius paulo ante testatus est, Eunomium apologeticum sive defensionem suæ fidei ac doctrine coram clero urbis regiæ instituisse, εἰς ἀπολογίαὶν ὁ Εὐνόμιος τῷ Κωνσταντινουπόλεως κλήρῳ καταστάς, etc. Et hæc est fortasse apologia quæ tantopere gloriabatur Eunomius, ut refert Gregorius Nyssenus in libro primo contra Eunomium.

(34) Τὸ μέντοι ὅμοιον. Hunc locum mutilum esse asteriscus ipse satis indicat. Nos vero ex manu-scripto codice Samuelis Bocharti hanc lacunam sup-plevimus hoc modo: Τὸ μέντοι ὅμοιον κατὰ τὴν οὐσίαν οὐ προσέτετο· ἴσον εἰς βλασφημίαν λέγων εἶναι, ὅμοιον κατ' οὐσίαν λέγειν τῷ Πατρὶ, etc. Id est, *Similem autem secundum substantiam neutiquam admittebat, ejusdem impietatis esse affirmans, similem secundum substantiam dicere Filium Patri, et non simillimum profiteri juxta rationes unigenito Filio convenientes ad Patrem qui sine passione genuit.* Quæ si cui for-tasse obscura esse videbuntur, is legat expositionem fidei Eunomii, quam nuper edidi in Annotationibus ad librum v *Historiæ ecclesiasticæ* Socratis pag. 274, etc. Sed verba ipsa Eunomii præstat hic ascribere, prout illa interpretati sumus; quippe quæ non

#### VARIORUM.

(a) Ὁμογνίῳ λύθρῳ. Cæde scilicet Constantii, Dalmatii, et Annibaliani, patruorum et patruelium: præcipue vero Galli Cæsaris; de cujus nece pœnitentem Constantium inducit Julianus, *Epist. ad se-*

*natum populumque Athen.*: Ἀπαιδίαν τε ἐντεῦθεν νο-μίζει δυστυχεῖν, τὰ τε ἐς τοὺς πολεμίους Πέρσας οὐκ εὐτυχῶς πράττειν ἐκ τούτων ὑπολαμβάνει.

σίαν οὐ προσέτετο· Ἰσον εἰς βλασφημίαν λέγων εἶναι, ὅμοιον κατ' οὐσίαν λέγειν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν, καὶ μὴ ὁμοιότατον φρονεῖν κατὰ τοὺς μονογενεῖ Θεῷ πρὸς τὸν ἀπαθῶς γεγεννηκότα Πατέρα προσήκοντας (35) λόγους. Οὐ μόνον δὲ τὸν κληρὸν οὕτω διέθηκεν, ἀλλὰ καὶ πάνδημον ὅλην Ἐκκλησίαν, τὰ αὐτὰ διαλεχθεὶς, εἰς μέγα καὶ γλυκὺ θαῦμα καὶ σοφίας καὶ εὐσεβείας εἰλκύσατο. Ἐξ οὗ καὶ τὸν Εὐδόξιον ὑπεραγαθέντα ἀναδοῆσαι, Ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν (36) αὕτη ἐστίν· καὶ κράτον ἀγεῖραι τῷ πλήθει, ὡς εὖ καὶ κατὰ καιρὸν τὴν ἱερὰν ἀνειπόντος χρῆσιν. sapientiæ, tum pietatis suæ perculit. Quamobrem Defensio mea apud eos qui me interrogant, hæc est; et populus applausit Eudoxio, quod bene atque opportune sacræ Scripturæ verba pronuntiasset.

β'. Ὅτι ὁ δυσσεβὴς οὗτος Εὐνόμιον τὸν Θεοστυγῆ κατ' ἐπιτροπήν Εὐδοξίου δημηγορῆσαι τῷ πλήθει λέγει, τῆς τῶν Θεοφανείων ἑορτῆς ἐνισταμένης, ἐν ᾗ τὸ δυσσεβὲς αὐτῶν καὶ ἄθεον μάλιστα ἀπογυμνοῦται. Τὸν τε γὰρ Ἰωσήφ οἱ κατάρτοι, μετὰ τὴν ἀφραστον κυφορίαν, συνάπτειν οὐ πεφρίκασι τῇ Παρθένῳ, καὶ τὸν Υἱὸν ἀναιδέστερον τοῦ Πατρὸς δοῦλον καὶ ὑπηρέτην, καὶ δὴ καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, φοβερὸν οὐδὲν ἠγοῦντο λέγειν (37). Ἔστι δὲ καὶ αὐτοῖς ἡ φράσις ἐν τούτοις πανηγυρικῆς χάριτος ἀπηλλοτριωμένη, ἀσαφεία δὲ καὶ περιττολογία, καὶ ῥημάτων οὐ καθαρῶν παραχρήσει εἰς τὸ ἀτερπέστατον καὶ καταγέλαστον καὶ τεταραγμένον εἶδος ἀνοιδουμένη, καὶ τὸν τῆς ψυχῆς γνόφον καὶ σάλον καὶ τὸ θεοβλαβὲς ἐνδεικνυμένη.

γ'. Ὅτι μετὰ τοὺς πολλοὺς ἐπαίνους Εὐνομίου, οὐ μόνον οὐδὲν ὧν ὑπέσχετο διανοήθη περαινῆν Εὐδόξιος, ἀλλὰ κάκεινον ἐπεχειρεῖ πείθειν, Γραφῇ τὴν τε καθαίρεσιν Ἀετίου, καὶ τὴν ἐν Ἀριμῆνῳ ἔκθεσιν ὑποσημῆνασθαι, εἰς τὸ τῆς οἰκονομίας πρόσχημα (38) τὸ ἐκ-

A habuit concionibus, nunquam deprehensus est dissimilem Patri Filium asserere, imo vero similem secundum Scripturas, prædicare se libere professus est. Similem quidem secundum substantiam nequam admittebat: ejusdem impietatis esse dicens, similem secundum substantiam dicere Filium Patri, et non simillimum profiteri juxta rationes unigenito Filio convenientes ad Patrem qui sine passione genuit. Neque vero clerum duntaxat ita affect, verum etiam universum Ecclesiæ populum, cum hæc disseruisset, ingenti admiratione tum Eudoxius supra modum gavisus exclamavit: De-

2. *Eunomii de Filio impia dicta.* — Ait impius Philostorgius, Deo invisum Eunomium festo Theophaniarum die, jussu Eudoxii, sermonem ad populum habuisse, in quo impia eorum doctrina apertissime detecta est. Nam et Josephum detestandi illi, post ineffabilem partum coivisse cum Virgine ausi sunt dicere, et multo adhuc impudentius, Filium Patris servum ac ministrum, Spiritum item Filii, pronuntiare non dubitarunt. Porro genus dicendi quo illi tunc usi sunt, a panegyrica venustate alienum fuit, et obscuritate ac superfluitate verborum, et vocabulorum impurorum usu tumidum, ad ingratum ac ridiculum et confusum characterem pertinens, mentis eorum caliginem ac perturbationem, inflictamque ipsis a Deo pœnam perspicue declarans.

3. *Eudoxius et Eunomius dissident.* — Eudoxius post multas laudes in Eunomium congestas, non modo nihil eorum quæ promiserat, perficere in animum induxit, imo vero persuadere illi conatus est, ut depositioni Aetii, et Ariminensis fidei expositioni

#### VALESII ANNOTATIONES.

mediocrem lucem allatura sint huic loco. *Hunc Filium Dei et unigenitum Deum agnoscimus; solum similem Patri ob præcipuam similitudinem et propriam ac peculiarem significationem, non ut Patrem Patri; neque enim duo sunt Patres: non ut Filium Filio: quippe cum non sint duo Filii; neque ut ingenitum ingenito: unus enim ingenitus est, Deus scilicet omnipotens, et unus Filius, unigenitus scilicet: sed similem, ut Filium Patri, quippe qui imago sit et sigillum omnis operationis ac virtutis paternæ, sigillum omnium operum ac sermonum et consiliorum Patris.*

(35) *Προσέκοντας.* In editione Genevensi a librariis, ut opinor, omissa erat vox λόγους, quam nos ex manuscriptis exemplaribus nostris hic supplēvimus.

(36) *Τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν.* Scribendum est ἀνακρίνουσιν, ut legitur in manuscripto codice Samuelis Bocharti. Verba sunt Pauli apostoli ex Epistola prima ad Corinthios cap. ix, quibus usus erat Eudoxius Constantinopolitanus episcopus, cum apologiam Eunomii in ecclesia audiisset. Quo audito, universus populus qui aderat, plaudens acclamavit, bene et commode dictum illud Apostoli ab Eudoxio prolatum esse significans. Sic enim interpretanda sunt verba illa Philostorgii, τὴν ἱερὰν ἀνειπόντος χρῆσιν, quemadmodum Lucas Holstenius ad latus sui codicis adnotavit.

(37) *Καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ φοβερὸν ἠγοῦντο*

λέγειν. Veram hujus loci emendationem nobis indicavit codex Samuelis Bocharti, in quo ita scribitur: Καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, φοβερὸν οὐδὲν ἠγοῦντο λέγειν. Optime, si vocem unam addideris hoc modo: Καὶ τὸ Πνεῦμα ἔργον τοῦ Υἱοῦ, φοβερὸν οὐδὲν ἠγοῦντο λέγειν, id est, *Sed et Spiritum sanctum Filii opus dicere nequaquam reformidarunt.* Certe hoc fuisse dogma Eunomii docet ejusdem expositio jam a nobis citata. Sed nihil addendum est. Supplendum duntaxat ἀπὸ κοινοῦ vocabulum quod præcessit, ὑπηρέτην καὶ δοῦλον.

(38) *Εἰς τὸ τῆς οἰκονομίας πρόσχημα.* Hunc locum Gothofredus non intellexit. Cujus interpretationem Lucas Holstenius in margine sui codicis ita emendavit. *Conniventia titulo nefarium ipsorum et involuntarium factum obtegens vel cohonestans.* Verum hanc interpretationem probare non possum. Nam conniventia vitio verti solet; quippe quæ argumentum sit negligentia. Contra vero οἰκονομία semper in laude ponitur, et quidem jure merito, cum sit conjuncta prudentia. Quamobrem Philostorgius ait hoc loco, Eudoxium, qui non sincere neque ex animo, sed per fraudem ac simulationem, Ariminensis fidei formulæ et Aetii condemnationi subscripserat, id factum οἰκονομίας specie prætexuisse. Quod quidem Philostorgius supra quoque notavit in libro iv, sub finem, ubi de Aetii depositione loquitur: Οὐ τῶν ὀρθοδοξούντων μόνων ὑποση-



subscriberet, dispensationis specie illegitimum atque involuntarium facinus eis excusans. Quibus Eunomius graviter commotus, neutrum præstare voluit, sed et Cyzicum ipsi dimisit, primo quidem verbis, postea vero etiam per litteras, et ad patriam suam Cappadociam se recepit.

4. *Acacius Eunomium insectatur.* — Acacius adversus Eunomium commotus, eo quod episcopus Cyzici constitutus fuisset, Eudoxium quoque simul cum eo criminatus est, quod absque communi consensu discipulum Aetii episcopum ordinavisset: virum qui ferventissimo in hæresim zelo magistrum suum superare contenderet, tantumque perfecit calumniis, ut Constantius aures ei accommodans, Eunomium Antiochiam evocaret. Qui cum eo venisset, jussit eum Constantius in synodali judicio examinatum causam dicere. Sed cum synodus accusatorem requireret, nullus usquam apparuit. Acacius enim metu percussus; quippe qui existimaverat sola apud imperatorem calumnia inimicum a se penitus oppressum iri, in altissimo silentio permansit; quæ cum didicisset Constantius, Acacium suspectum habuit, utpote qui per similitudinem potius, quam ex morum probitate accusationem instituisset. Eumque confestim ad ecclesiam suam reverti jussit, præsentis negotii disquisitionem majori synodo reservans.

5. (39) *Constantius Julianum repressurus obit.* — Hæc dum Constantius animo voveret, fama ad eum perfertur de Juliani rebellione. Statim ergo iter arripuit Constantinopolim. Simul synodum in urbe Nicæa indixit, ad examinandum τὸ ἑτεροούσιον. Sed cum Mopsucrenas venisset, morbo correptus, ibidemque ab Euzoio baptizatus, imperium pariter ac vitam, et synodos ad stabilendam impietatem, dereliquit.

#### VALESII ANNOTATIONES.

μηγαμένων τῇ καθαιρέσει, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν εἰς τὰ μάλιστα τῷ φρονήματι κοινωνούντων, τῶν μὲν καὶ τὴν γνώμην μεταβληθέντων, τῶν δὲ τὴν ἀκούσιον πρᾶξιν οἰκονομίας ῥήματι κατασχηματιζόντων. Idem diu postea fecerunt Acephali. Qui cum duas in sectas divisi essent Alexandriæ, in Gaianitas et Theodosianos, postea inter se reconciliati unitatem fecere, quam specioso οἰκονομίας titulo prætexebant. Verum adversus hanc Acephalorum unitatem egregium librum scripsit Eulogius episcopus Alexandrinus, in quo quænam esset œconomia seu dispensatio ecclesiastica, et quot ejus species essent, accurate observavit, ut videre est in *Bibliotheca Photii* cap. 227. Primum igitur notat Eulogius, non omnibus promiscue licere οἰκονομίας seu dispensatione uti, sed iis duntaxat qui ministri sunt ac dispensatores mysteriorum Dei, præsidibus scilicet Ecclesiæ. Deinde notat, nunquam locum esse œconomiae seu dispensationi, nisi salva prorsus atque illibata permanente fidei doctrina. His positis, Eulogius triplex distinguit genus œconomiae ecclesiasticæ. Primum consistit in rebus, secundum in nominibus ac ver-

θεσμον αὐτοῖς καταρρυθμίζων καὶ ἀθέλητον. Ἐφ' οἷς ὁ Εὐνόμιος βαρέως ἐνεγκῶν οὐδέτερον μὲν ὑπέστη· προσαπολιμπάνει δ' αὐτοῖς, καὶ τὴν Κυζικὸν (α), πρῶτα μὲν λόγοις, εἶτα δὲ γράμμασι, καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα τὴν Καππαδοκίαν ἀφικνεῖται.

δ'. Ὅτι κατ' Εὐνομίου κινήθεις ὁ Ἀκάκιος ἐφ' ὃν Κυζικίου κατέστη ἐπίσκοπος, συνδιαβάλλει καὶ τοὺς περὶ Εὐδόξιον, ὡς χωρὶς κοινῆς γνώμης τὸν μαθητὴν Ἀετίου χειροτονηκότας ἐπίσκοπον, ἄνδρα τὸν οἰκεῖον διδάσκαλον τῶν πρὸς τὴν αἵρεσιν ὀξυῤῥεπεστάτων ζήλων ὑπερβάλλεσθαι (40) φιλονεικήσαντα, καὶ πείθει ταῖς διαβολαῖς τὸν Κωνσταντῖον, μετάπεμπτον ἐν Ἀντιοχείᾳ ποιήσασθαι τὸν Εὐνόμιον. Καὶ παραγεγονότα εἰς ἀπολογία κενεῖ καταστῆναι συνοδικῆ διαίτη λογοθετούμενον. Ἐπεὶ δὲ ἡ σύνοδος τὸν κατήγορον ἐζήτει, ὁ δὲ ἦν οὐδαμοῦ (ὁ γὰρ Ἀκάκιος ἀποδειλιάσας, καὶ γὰρ ἐνόμιζεν ἐκ μόνης τῆς πρὸς βασιλέα διαβολῆς τὸν ἐχθρὸν αἰρήσειν κατὰ κράτος, εἷς ἦν τῶν εἰς τὸ βαθύτατον σιγῶντων), διὸ καὶ ὁ Κωνσταντῖος ταῦτα μαθὼν, δι' ὑπονοίας τε τὸν Ἀκάκιον ἔσχεν, ὡς ἀπεχθημοσύνη μᾶλλον ἢ τρόπων εὐθύτητι τὴν κατηγορίαν ἐνστησάμενον, καὶ θάπτον αὐτὸν εἰς τὴν ἰδίαν ἐπαναδραμεῖν ἐκέλευσε παροικίαν, μείζονι συνόδῳ ταμιευόμενος τὴν τῶν προκειμένων διάγνωσιν.

ε'. Ταῦτα δὲ Κωνσταντίῳ διανοουμένῳ, ἡ τοῦ Ἰουλιανοῦ ἐπανάστασις ταῖς φήμασι αὐτῷ διακομίζεται. Ὁ δὲ αὐτίκα τε τὴν ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ἐβάδιξε, καὶ σύνοδον ἄμα διώριζεν ὑπὲρ τοῦ ἑτεροουσίου κατὰ Νίκαιαν ἵστασθαι. Φθάσας δὲ παρὰ τὰς Μόφου καλούμενας κρήνας, καὶ νόσῳ βληθεὶς, εἶτα καὶ βαπτισάμενος παρὰ Εὐζωίου, τὴν τε βασιλείαν αὐτῷ βίῳ, καὶ τὰς ἐπ' ἀσεβείᾳ συνόδους ἀπολείπει.

bis, tertium in personis. Hæc Eulogius in supra-dicto libro fusius persequitur. Verum interpres, vir alioqui doctus et de litteris optime meritis, pulcherrimum et utilissimum tractatum interpretatione sua penitus obscuravit, οἰκονομίαν enim incarnationem ubique fere interpretatus est: quo nihil fingi potest absurdius. Quod cum ego ante annos triginta et amplius Francisco Florenti, docto imprimis jurisconsulto indicassem, id ille in suos juris canonici commentarios retulit, et Præfationem integram de dispensationibus ecclesiasticis ex illo Eulogii loco concinnavit, me a quo illud acceperat, ne nominato quidem.

(39) Theodorit. l. II, c. ult.

(40) Ζήλων ὑπερβάλλεσθαι. In manuscripto codice Bocharti scribitur ὑπερβαλέσθαι. Sed parum refert utro modo scribatur hoc verbum. Vox autem ζήλων procul dubio corrigenda est hoc modo: τῷ ὀξυῤῥεπεστάτῳ ζήλῳ. Similis error sæpius occurrit in his libris, qui ex eo profluxit, quod veteres et ascribere solebant ad latus litteræ non autem subscribere, ut nunc facimus.

#### VARIORUM.

(α) Προσαπολιμπάνει δ' αὐτοῖς καὶ τὴν Κυζικόν. Male Valesius vocem αὐτοῖς de Eudoxio intellexit; cum enim sit numeri pluralis, de clero Cyzi-

ceno exponenda est, qui inimicitias cum Eudoxio exercuerunt, ut narratur cap. I hujus libri. W. Lowth.

ς'. "Οτι κομιζομένου προς ταφήν Κωνσταντίου ὁ Ἰουλιανὸς καταλαβὼν, τῆς τε σοροῦ προσπόμπει, τῆς κεφαλῆς ἀφελόμενος τὸ διάδημα, καὶ τιμῶν τὸν νεκρὸν, οὗ τὴν ζωὴν ἀφελεῖν ἐπεστράτευσε.

ζ'. "Οτι τὴν βασιλείον ἀρχὴν ἀρπάσας ὁ Ἰουλιανὸς, ἅτε δὴ Ἀέτιον (41) διὰ Γάλλον δῆθεν κινδυνεύοντα, τῆς φυγῆς ἀνακαλεῖται· οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσοι δογμάτων ἐκκλησιαστικῶν ὑπερορίαν ὑπέστησαν.

#### EK THΣ ΕΒΔΟΜΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. "Οτι τὴν βασιλείαν Ἰουλιανὸς ἀρπασάμενος, καὶ τοῖς Ἕλλησι διὰ προγραμμάτων πᾶσαν ἄδειαν εἰσενεγκῶν, μηδὲν τῶν μελετωμένων (42) ἀπρακτὸν ἔαν, εἰς ἄρβητά τε καὶ ἀδιήγητα πάθη κατέστησε τοὺς Χριστιανούς, πανταχοῦ τῶν Ἑλληνιστῶν πάσας αἰκίας καὶ καινὰς βασάνους καὶ πικροτάτους θανάτους ἐπαγόντων αὐτοῖς.

β'. "Οτι Γεώργιον τὸν Ἀλεξανδρείας (43) συνεδρίου, φησὶ, προκαθεζόμενον, καὶ τὸν κατὰ Ἀετίου τόμον ὑποσημήνασθαι τοὺς ὁμοδόξους βιαζόμενον, εἰσπηδήσαντες τὸ Ἑλληνικὸν καὶ συλλαβόντες αὐτὸν, πολλά τε εἰς τὸ σῶμα ἐνυθρίσαντες, εἶτα πυρὶ παρέδωκαν. Φησὶ δ' ὁ δυσσεβῆς συγγραφεὺς οὗτος, καὶ τὴν Ἀθανασίου γνώμην στρατηγήσαι τῆς πράξεως (α). Ἀλλὰ γὰρ Γεωργίου διαφθαρέντος, τὸν οἰκειὸν θρόνον ὁ Ἀθανάσιος, τῶν Ἀλεξανδρέων αὐτὸν ἀσμένως ὑποδεξαμένων, ἀναλαμβάνεται.

γ'. "Οτι περὶ τῆς εἰκόνας (b) τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἦν ἡ τῆς αἰμώδους πίστεως ἀμειβομένη τὸν εὐεργέτην ἀνέστησεν, ἱστορῶν φησιν, ἀνεστηλῶσθαι μὲν ταύτην κατὰ τὴν πηγὴν τὴν ἔνδον τῆς πόλεως, μετὰ καὶ ἐτέρων ἀγαλμάτων, τερπνότητός τι παρέχειν (44) τοῖς φοιτῶσι θεάμα. Τῆς δὲ τοῦ Σωτῆρος εἰκόνας βοτάνης

#### VALESII ANNOTATIONES.

(41) Ἄτε δὴ Ἀέτιον. Scribendum est transpositis vocabulis, Ἀέτιον ἅτε δὴ, etc.

(42) Μηδὲν τῶν μελετωμένων. Codex Bocharti scriptum habet μεμελετωμένων. Leges tamen grammaticæ μεμελετημένων dici jubent.

(43) Γεώργιον τὸν Ἀλεξανδρείας. Lucas Holstenius in margine sui codicis ad hæc verba id scholium annotavit. De presbyterorum Alexandrinorum collegio et prima inter ipsos episcopi cathedra, ex sancti Hieronymi et Hilarii diaconi Romani sententia loquitur. Sed hanc Holstenii interpretationem probare non possum. Nam συνέδριον hoc loco non collegium presbyterorum significat, sed synodum episcoporum Ægypti, quos Georgius Alexandriae collegerat. Nam cum episcopi synodi Constantinopolitanæ epistolam ad eum scripsissent, qua Aetium quidem anathemate damnaverant, reliquos

6. *Constantii funus.* — Cum Constantius ad sepulturam ferretur, Julianus Constantinopolim ingressus, ante feretrum processit absque diademate, honorem exhibens mortuo, cui paulo ante vitam adimere properabat.

7. (43) *Julianus exsules episcopos revocat.* — Julianus, cum imperium per vim sibi vindicasset, Aetium, utpote qui Galli causa in discrimen venisset, ab exsilio revocavit: nec eum solum, sed et reliquos omnes qui ob ecclesiastica dogmata relegati fuerant, in suas sedes restituit.

#### EX LIBRO SEPTIMO HISTORIÆ.

1. *Gentiles in Christianos insurgunt.* — Julianus cum imperium per vim arripuisset, et gentilibus per edicta licentiam omnem concessisset, ut nihil eorum quæ didicerant, omitterent, Christianos in gravissimas et inexplicabiles ærumnas conjecit, gentilibus ubique locorum, omnis generis tormenta, novosque cruciatus, et acerbissima mortis genera eis infligentibus.

2. *Georgii ep. Alex. cædes.* — Cum Georgius Alexandriae episcopus concilio præsideret, et eos qui idem cum Aetio sentiebant, epistolæ adversus Aetium subscribere cogeret, gentiles repente insipientes eum comprehenderunt, et post multas corpori ejus illatas contumelias, ad extremum igni tradiderunt. Porro impius iste scriptor ait, Athanasii consilio eos ad hoc facinus incitatos fuisse. Quippe, interfecto Georgio, Athanasius propriam sedem recuperavit, Alexandrinis libenti animo eum excipientibus.

3. *De statua Christi Paneade.* — De statua Servatoris nostri, quam fides mulieris quæ sanguinis profluvio laborabat, bene de se merito gratiam referens erexit, scribit Philostorgius eam collocatam fuisse juxta fontem qui est in urbe, una cum aliis staturis, et jucundum atque amœnum spectaculum

vero Aetii sectatores, qui plurimi erant in Ægypto, a communione Ecclesiæ submoverant, indulto eis sex mensium spatio ad resipiscendum. Georgius acceptis his litteris concitium episcoporum Ægypti congregavit, in quo cunctos Aetii sectatores damnationi ejusdem subscribere compulit, ut hoc loco docet Philostorgius. Ὁμοδόξους igitur hic intelligere debemus Aetianos, Serram videlicet, Stephanum et Heliodorum, episcopos Libyæ, de quibus paulo post loquitur Philostorgius. Τόμον vero τὸν κατὰ Ἀετίου vocat epistolam synodi Constantinopolitanæ, quam refert Theodoritus in capite 28, lib. II Historiæ ecclesiasticæ.

(44) *Τερπνότητός τι παρέχειν.* Scribe meo periculo τερπνότητός τε παρέχειν τοῖς φοιτῶσι θεάμα.

(45) Soz. I. v, c. 5.

#### VARIORUM.

(a) *Τὴν Ἀθανασίου γνώμην στρατηγήσαι τῆς πράξεως.* Manifesta Arianorum in Athanasium calumnia. Verum ne ipse quidem Julianus Georgii cædem in Christianos rejecit, in epistola 10, hac de re ad Alexandrinos scripta: quæ exstat item apud Socratem lib. III, cap. 3. Vid. etiam Sozom. lib. V, cap. 7. W. Louth.

(b) *Περὶ τῆς εἰκόνας.* De hac statua seu imagine Christi videatur Eusebius *Hist.* lib. VII, cap. 18; Rufin. lib. VII, cap. 14; Asterii homilia 10 apud Photium in *Bibliotheca*, num. 271; Sozom. lib. V, cap. 21; Artemii *Act.* 20 Octobr. cap. 58; Cedrenus pag. 251; Niceph. lib. X, cap. 30.

præbuisse spectantibus. Cumque herba ad pedes A Servatoris enata, adversus morbos omnes, præcipue vero adversus talem efficacissimum esset remedium, causa hujus rei inquiri cœpit. Temporis enim lapsu memoria exciderat, et cujusnam ea effigies esset, et quam ob causam fuerat collocata. Quippe Servator sub dio stans nudusque, haud exigua corporis parte obrutus fuerat, terra continue ex superioribus locis, maxime vero pluviarum tempore ad statuam aggesta, quæ litterarum quibus singula narrabantur notitiam oblitteraverat. Cum igitur diligens fieret inquisitio, pars quidem statuæ quæ humo obruta erat, effossa est, litteræ vero repertæ sunt, quæ totam rei gestæ seriem indicabant. Ac planta quidem ex eo tempore non amplius visa est, nec ibi, nec alio in loco; statuam vero in diaconico ecclesiæ B collocarunt, competentem ei curam atque observantiam deferentes, nequaquam tamen eam colentes aut adorantes. Neque enim fas erat æneam aut aliam quamlibet materiam adorare, sed hoc uno, quod eam honoratiore in loco collocaverant, et quod spectandi causa ad eum locum cupide adventarent, amorem ipsius archetypi declarantes. Hanc igitur statuam, regnante Juliano, gentiles qui Paneadem incolebant, ad impietatem incitati, a basi sua revulsam, funibus ad pedes circumligatis, per mediam plateam traxerunt; post hæc reliquum quidem corpus distrahentes confregerunt; caput vero inter trahendum a cervice disjunctum, nonnulli id quod fiebat ægre ferentes, clanculo abriperunt, et quoad fieri potuit conservarunt. Idque a se visum C fuisse testatur Philostorgius. Cæterum Paneas olim Dan vocabatur, ex nomine Dan filii Jacob, qui prin-

κατὰ τοὺς πόδας ἀναφύεισης, νοσημάτων μὲν ἀπάντων, μάλιστα δὲ τῆς φθινάδος λαμα, καὶ ζητούντων τὴν αἰτίαν (ἐλελήθει γὰρ τῷ χρόνῳ καὶ οὐτινος ἔφερε μορφὴν, καὶ ἡ πρᾶξις δι' ἣν ἀνεστήλωτο. Ἐν ὑπαίθρῳ γὰρ γυμνὸς ἐστὼς, ἐπ' οὐκ ὀλίγον συνεχώσθη τοῦ σώματος, γῆς ἐπ' αὐτὴν ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων ἀεὶ τόπων ἐν τοῖς τῶν ὄμβρων μάλιστα καιροῖς ἐπιφερομένης, ὑφ' ἧς ἡ τῶν γραμμάτων τῶν ἕκαστα δηλούντων ἠφάνιστο γυνῶσις)· τῆς οὖν ζητήσεως ταύτης ἐπιστάσης, ἀνωρύχθη μὲν τὸ συγκεχωσμένον, εὐρέθη δὲ γράμματα τὴν ἱστορίαν πᾶσαν ἀναδιδάσκοντα. Καὶ ἡ πόα μὲν οὐκ ἔτι μετ' ἐκείνου ἔωφθη τὸν χρόνον, οὔτε ἐκεῖ, οὔτε ἀλλαχόθι· τὸν δὲ ἀνδριάντα μεταστησάμενοι ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας διακονικῷ (46), τὰ πρόποντα ἐθεράπευσον, σέβοντες μὲν ἢ προσκυνῶντες οὐδαμῶς (οὐ γὰρ ἦν θέμις χαλκὴν ἢ ἄλλην ὕλην προσκυνεῖν), αὐτὸ δὲ τοῦτο (47), στάσει τε σεμνοτέρῃ, καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς ἐπιφοιτᾶν τῷ τόπῳ τὸ εἶδος θεραπευσόμενους (48), τὸν περὶ τὸ ἀρχέτυπον πόθον ἐπιδεικνύμενοι. Τοῦτο τὸ ἄγαλμα κατὰ τοὺς Ἰουλιανοῦ χρόνους, τὸ Ἑλληνικὸν (49) εἰς ἀσέβειαν ἀναφλεχθέντες οἱ τὴν Πανεάδα οἰκοῦντες, τῶν βάθρων ἀνασπασάμενοι, καὶ τῶν ποδῶν ἐκδησάμενοι, διὰ μέσης ἔσυρον τῆς λεωφόρου· ἐφ' ᾧ (50) τὸ μὲν ἄλλο σῶμα διασπῶμενοι κατέκλασαν, τὴν δὲ κεφαλὴν ἐν τῷ σύρῃσθαι, τοῦ ἀχένος διαζυγεῖσαν, τινὲς λαθόντες τῶν ἐπαλγούντων τοῖς δρωμένοις, ἀνελάβοντό τε καὶ ὡς ἡδύναντο διεσώσαντο. Καὶ φησι ταύτην καὶ αὐτὸς θεάσασθαι. Ἡ μὲντοι γε Πανεὰς Δᾶν ἐπωνομάζετο τὸ παλαιάτον, τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τοῦ παιδὸς τοῦ Ἰακώβ Δᾶν ἐλκυσσάμενη, τοῦ φυλάρχου τῶν ταύτη οἰκούντων (51) τότε. Εἶτα δὲ Καισάρεια ἢ Φιλίππου (α) ἐπεκέκλητο. Τῶν δὲ Ἑλληνιστῶν Πανὸς

## VALESII ANNOTATIONES.

(46) Καταστησάμενοι ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας διακονικῷ. Magis probo scripturam codicis Bochartiani, in quo ita legitur, τὸν δὲ ἀνδριάντα μεταστησάμενοι, etc. Atque ita quoque scribitur apud Nicephorum in libro x, cap. 30. De Ecclesiæ diaconico multa hic erudite observat Jacobus Gothofredus, id esse, quod Latini olim secretarium vocabant, nos sacristiam dicimus, ubi vasa ac vestimenta sacra asservantur. Sed quod negat diaconicum esse partem ecclesiæ, in eo graviter fallitur. Verebatur scilicet Gothofredus, ne si diaconicum pars ecclesiæ esset, Christiani statuas atque imagines Christi D olim in ecclesiis habuisse viderentur. De diaconico loquitur Joannes Moschus in *Prato*, capite 25, Εἰσῆλθεν ἐν τῷ διακονικῷ κλαίων καὶ ῥίπτων ἑαυτὸν ἐπὶ πρόσωπον. Interpres vertit: *Ingressus est sacristium plorans, corruitque in faciem suam.*

(47) Αὐτὸ δὲ τοῦτο. Scribendum est αὐτῷ δὲ τούτῳ, supple τιμῶντες. Paulo post etiam scribendum καὶ τῷ μεθ' ἡδονῆς, etc.

(48) Θεασσόμενους. Scribendum est procul dubio θεασσόμενους. Verum in codice Bocharti longe aliter scribitur hic locus, hoc scilicet modo: Καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς ἐπιφοιτᾶν τῷ τόπῳ τὸ εἶδος θεραπευσόμενους, τὸν περὶ τὸ ἀρχέτυπον πόθον ἐπιδεικνύμενοι. Quam quidem lectionem verissimam esse existimo. Τὸ εἶ-

δος θεραπευσόμενοι, id est, imaginem illam observaturi. Certe Philostorgius σεβασμὸν quidem et προσκύνησιν statuis et imaginibus nequaquam adhibendam esse affirmat, θεραπείαν vero, id est, observantiam non denegat. Nam paulo ante dixit de hac statua, τὸν δὲ ἀνδριάντα μεταστησάμενοι ἐν τῷ διακονικῷ τὰ πρόποντα ἐθεράπευσον. Hæc porro observantia in eo consistebat, ut statua quam maxime niteret, nec pulvere aut sordibus aut rubigine impleretur. In manuscripto quoque Scoriacensi legitur ἐπιδεικνύμενοι, non ut Gothofredus edidit ἐπιδεικνυμένους.

(49) Τοὺς ἐκκλησιαστικούς. Scribendum est procul dubio τὸ Ἑλληνικόν, ut legitur in codice Bochartiano, et apud Nicephorum. Phrasis est Philostorgii, qua usus est paulo ante in cap. 2 hujus libri. Paulo post ex iisdem codicibus emendavi ἐκδησάμενοι.

(50) Ἐφ' ᾧ. In manuscripto codice Samuelis Bocharti scriptum inveni ἐν ᾧ. Et statim pro verbo μάσασθαι quod nauci est, idem codex scriptum habet θεάσασθαι, optime procul dubio, quemadmodum etiam conjeceram, antequam codicem illum nactus essem.

(51) Τῶν ταύτη οἰκούντων. Codex Bocharti scriptum habet τῶν ταύτην οἰκούντων.

## VARIORUM.

(α) Καισάρεια ἢ Φιλίππου. Idem scribit Josephus *De bello Jud.* lib. 11, c. 13, Φίλιππος (sc. Herodis

M. filius) Πανεάδα τὴν πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἰορδάνου κατασκευάσας ὀνομάζει Καισάρειαν. Unde et

ξόανον αὐτῆ καθιόρουσάντων, εἰς τὴν τῆς Πανεάδος A ceps fuit unius tribus, quæ in his locis tunc sedes ἔπων μίαν μετέβαλεν. habebat, id cognomentum trahens. Secutis autem temporibus Cæsarea Philippi cognominata est. Sed cum gentiles Panis simulacrum in ea collocassent, in Paneadis vocabulum transiit.

δ'. Ὅτι τῶν Ἑλληνιστῶν τὰ ἀτοπιώτατα κατὰ τῶν Χριστιανῶν πανταχοῦ παλαμωμένων, καὶ τοῦτο τοῖς ἀσεβέσι κατὰ Παλαιστίνην δεδραματούργηται. Τὰ τοῦ προφήτου Ἐλισσαίου ὅσα καὶ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου (α) (ἐκεῖ γὰρ ἄμφω ἐτέθαπτο) τῶν θηκῶν ἐξελόμενοι, καὶ ζώων ὅσοις ἀλόγων συγκαταμίξαντες, ὁμοῦ πρὸς κόνιν κατέκαυσαν, καὶ εἰς τὸν ἀέρα διεσπείραντο. Καὶ τοὺς Χριστιανίζοντας δὲ συλλαμβάνοντες, ἔστιν ὅτε τοῖς βωμοῖς ἀναπτομένοις ὡς ἱερεῖα ἐπετίθεσαν· καὶ εἰς πολλὴν ἄλλην ἀρῆς-τουργίαν ἐξεβακχεύθησαν. Ἄπερ Ἰουλιανὸς ἐπιστάμενος οὐχ ὅπως ἤχθετο, ἀλλὰ καὶ διαφερόντως ἔχαι- B ρεν, καὶ τῆς μὲν (52) ἐπὶ τοῖς ὀρωμένοις δυσκλείας εἰς ἐτέρους ἀνιούσης, τῆς δ' αὐτοῦ γνώμης τοῖς ἐκείνων ἔργοις περαιουμένης. Συνιδὼν δὲ, διὰ τῆς τοσαύτης μανίας οὐδὲν ὦν ἐβούλετο περαινόμενον· μᾶλλον γὰρ τὸ Χριστιανῶν παλιωρούμενον ἐπερῶν- νυτο φρόνημα· μηχανᾶται τοὺς ἐν αἰτίαις ἐκβεβλη- μένους (55) τῶν ἐπισκόπων, καὶ τοὺς ἀντ' ἐκείνων ἔχοντας τοὺς θρόνους, εἰς πόλεμον συββάξαι. Καὶ δὴ πάσης ἐξουσίας ἐκατέρῃ μοίρᾳ μετεδίδου, πράτ- τειν ὅσα καὶ δυνατὰ αὐτοῖς εἴη εἰς τὴν οἰκείαν σύ- στασιν τε καὶ ἀσφάλειαν. Ἐξ ὧν ἐκεῖνοι πρὸς ἀλ- λήλους συββήγγυμενοι (b), πολλὴν ἀσχημοσύνην καὶ μέμψιν, ὅπερ ἦν τῷ ἀποστάτῃ σπούδασμα, προσ- ετρέβοντο τῆ εὐσεβείᾳ. Καὶ ἄλλα δὲ τῆς αὐτῆς καχο- C τεχνίας συνεπῆγε· τοὺς τε γὰρ ἐν κλήρῳ κατει- λεγμένους εἰς τὴν τῶν βουλευτῶν ἀνέστρεψε λειτουρ- γίαν, καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν τὰ σιτηρέσια τοῖς τῶν δαι- μονίων θεραπευταῖς μετεδίδου, καὶ πάντα πράττειν οὐκ ἐνεδίδου· ἐξ ὧν τὰ μὲν ἀκμάση τὰ τῶν δαιμό- νων, τὰ δὲ τῆς εὐσεβείας, ὡς ἐνόμιζεν, εἰς ἀφανισμόν συναλαθείη.

ε'. Ὅτι, φησὶ, τῶν πραγμάτων αὐτῶ φερομένων, εἰς μνήμην Εὐδόξου ἀνελθὼν τῶν ὄρκων καὶ τῶν ὑποσχέσεων α; ὑπὲρ Ἀετίου πρὸς Εὐνόμιον ἀνεδέ- ξατο, σύναδον ἐπιστέλλει τῷ Ἀντιοχείᾳ Εὐζωῖτῳ συναθροῖσθαι, δι' ἧς ἔδει τὸν Ἀέτιον τῆς καταδικα- D

4. *Gentiles in sanctos mortuos vivosque sæviunt. Julianus episcopus inter se committit.* — Cum multa atrocita gentiles adversus Christianos ubique perpetrarunt, tum istud facinus ab iisdem admissum est in Palæstina. Elisæi prophetæ et Joannis Baptistæ ossa, e oculis suis extracta: illic enim uterque eorum sepultus fuerat: brutorum animalium ossibus permiscentes, igni tradiderunt. et in cinerem redacta sparserunt in ventum. Nonnullis etiam in locis Christianos cum comprehendissent, aris incensis tanquam victimas imposuerunt; multa quoque alia dictu horrenda, velut furore perciti commiserunt. Quæ cum Julianus probe nosset, non modo indignatus non est, verum etiam gaudio exsultavit, cum infamia quidem atrocium facinorum penes alios esset; ipsius autem voluntas factis eorum adimpleretur. Sed cum animadverteret, hujusmodi atrocitate nihil eorum quæ cupiebat, ad exitum perduci: quippe Christianorum quos oppugna- bat, animus magis ac magis confirmabatur, id commentus est, ut episcopus qui ob varias causas expulsi fuerant, eosque qui in illorum locum substituti erant, inter se committeret. Utrique igitur parti licentiam dedit faciendi quæcunque possent ad restitutionem suam ac defensionem. Quam ob causam illi inter se collisi, ingens dedecus atque opprobrium, quemadmodum apostatæ in votis erat, religioni nostræ intulerunt. Alia quoque his adje- cit non dissimilis malignitatis; eos enim qui clero ascripti erant, ad publicas decurionum functiones retraxit, et Ecclesiarum annonas ministris damo- num tradidit. Denique omnia facere ac moliri non destitit, ut dæmonum quidem superstitio floreret; nostra autem religio, sicuti sperabat, penitus ex- stingueretur.

5. *Eudoxii et Euzoii de Aetio rixa.* — Dum res hoc in statu essent, Eudoxius in memoriam revo- cans jusjurandum et sponsiones quibus sese apud Eunomium obstrinxerat in gratiam Actii, litteras D scripsit ad Euzoium Antiochensem episcopum, man-

#### VALESII ANNOTATIONES.

(52) *Ἐχαιρε καὶ τῆς μὲν.* Quod in Annotationibus ad Evagrium observavi, in veteribus libris sæpe καὶ positum esse pro ὡς, idem quoque in Philostorgii libris erratum deprehendi. Lego igitur hoc loco ἔχαιρεν ὡς τῆς μὲν ἐπὶ τοῖς ὀρωμένοις

δυσκλείας, etc. Paulo post scribendum est Χριστιανῶν πολιωρούμενων, quod miror a Gothofredo animadversum non fuisse.

(55) *Τοὺς ἐν αἰτίαις ἐκβεβλημένους.* Scribendum est procul dubio ἐπ' αἰτίαις.

#### VARIORUM.

Plinius lib. v, cap. 15. *Jordanes amnis oritur e fonte Paneade, qui cognomen dedit Cæsareæ.* Quod autem Paneas a Panis simulacro olim ibi posito cognominata fuerit, nemo veterum præter unum Philostorgium prodidit, ut observat Jac. Gothofredus in hunc locum.

(a) *Βαπτιστοῦ Ἰωάννου.* De hujus ossibus disjertis Philostorgio consentiunt Rufinus l. xi, cap. 28; Theodorit. lib. iii, cap. 7, et *Chronicon Alexandri-*

num. De Elisæo tacent.

(b) *Ἐξ ὧν ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους συββήγγυ- μενοι.* Am. Marcellinus ait, Julianum dissidentes Christianorum antistites monuisse, ut quisque nullo vetante religioni suæ serviret intrepidus. Quod, inquit, agebat ideo obstinate, ut dissensiones augente licentia, non timeret unanimitatem postea plebem. Lib. xxii, cap. v. Vid. Soz. lib. v, cap. 5.

dans ut synodum colligeret, qua Aelius a damnationis sententia in ipsum olim prolata absolveretur. Verum Euzoios nullam hujus petitionis rationem habuit; Eudoxium præcipue incusans, quod non ipse prior ea facere cœpisset, quæ aliis injungebat. Sed cum Eudoxius idem flagitare perseverasset, Euzoios id se facturum promisit.

6. *Aetius restitutus.* — Dum Aetius et Eunomius Constantinopoli morarentur, accesserunt ad eos Leontius Tripoleos et Theodulus Chæretaporum episcopus; Serras item ac Theophilus et Heliodoros ex utraque Libya, et quicumque alii eandem sententiam amplectebantur, qui nec damnationi Aetii nec Occidentalium epistolæ subscribere sustinerant. Hi igitur in unum collecti Aetium ordinarunt episcopum; omniaque apud illos erant Aetius et Eunomius. Sed et alios episcopos ordinarunt, Eudoxio tum quidem non modo non indignante, verum etiam suffragium suum pro iis qui ordinandi erant ad Aetium deferente. Per idem tempus Euzoios quoque, cum novem episcoporum synodum collegisset, ea quæ contra Aetium olim gesta fuerant infirmavit (54). Infirmavit etiam sex mensium inducias, quibus elapsis sacerdotii privatio pœnæ loco irrogata fuerat Serræ, nisi Aetii depositioni et Occidentalium tomo subscripsisset. Porro cum utrumque negotium eorum quos supra nominavi, in hunc modum processisset, Euzoios epistolas ad Eudoxium transmittere cogitabat. Verum persecutio Christianorum quæ tunc erat intolerabilis, impetum ejus repressit.

7. *Valentinianus Thebas relegatus.* — Julianus Apostata Valentinianum numeri cujusdam militaris rectorem (erat enim comes eorum qui Cornuti dicuntur) cum omnibus frustra tentatis a pietate nun-

Α ζούσης ψήφου ἀπολυθῆναι. Ὁ δὲ Εὐζώιος οὐδὲν πρὸς τὴν ἀξίωσιν ἐπεστράφη, αἰτιασάμενος μάλιστα τὸν Εὐδόξιον, ὅτι μὴ αὐτὸς προκατήρξατο πράττειν, ἄπερ ὑποτίθησιν ἑτέροις. Ἐπιμένοντος δὲ τοῦ Εὐδόξιου τῇ ἀξιώσει, ὑπισχνεῖται καὶ ὁ Εὐζώιος τὴν πράξιν.

ζ'. Ὅτι ἐν Κωνσταντινουπόλει διατρίβοντος τοῦ Ἀετίου καὶ Εὐνομίου, παραγίνεται Ασόντιος ὁ τῆς Τριπόλειος πρὸς αὐτοὺς, καὶ Θεόδουλος ἀπὸ Χαιρατόπων (55), οἱ τε ἀμφὶ τὸν Σέρβαν καὶ Θεόφιλον καὶ Ἡλιόδωρον ἐξ ἑκατέρας Λιβύης (56), καὶ ὅσοις ἄλλοις γε ἡ αὐτὴ συνήρεσκε δόξα, οἳ μῆτε τῇ τοῦ Ἀετίου καταδίκη, μῆτε τῷ τόμῳ τῶν ἐσπερίων (α) ὑπογράψαι ἠνέσχοντο. Καὶ συναθροισθέντες χειροτονοῦσι τὸν Ἀέτιον (57)· καὶ ἦν αὐτοῖς αὐτὸς τε καὶ Εὐνόμιος ἅπαντα. Ἐχειροτόνουν δὲ καὶ ἑτέρους ἐπισκόπους, οὐδὲν τέως τοῦ Εὐδόξιου δυσχεραίνοντος, ἀλλὰ καὶ ψήφους πολλάκις ὑπὸ τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι (58) τοῖς περὶ Ἀέτιον προκομίζοντος. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Εὐζώιος εἰς ἐννέα τὸν ἀριθμὸν ἀθροισάμενος σύνοδον, τὰς κατὰ Ἀετίου γεγενημένας πάλαι πράξεις διελύσατο. Ἐλυσε δὲ καὶ τὴν τοῦ ἑξαμήνου προθεσμίαν, μεθ' ἣν τοῖς περὶ Σέρβαν (59), εἰ μὴ τῇ τοῦ Ἀετίου καθαιρέσει καὶ τῷ ἐσπερίῳ τόμῳ ὑπογράψαιεν, τῆς ἱερωσύνης ἀφαίρεσις ἢ ζημία διωρίζετο. Ἐκατέρας δὲ τῶν εἰρημένων προσελθούσης πράξεως, τοὺς τόμους ἀποστέλλειν (60) τοῖς περὶ Εὐδόξιον παρσκευάζοντο· ἀλλ' ὁ κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἀνυπόστατος διωγμὸς τὴν ὁρμὴν περιέκοψεν.

ζ'. Ὅτι τὸν Οὐαλεντινιανὸν ὁ ἀποστάτης τάγματος ἐπάρχοντα στρατιωτικοῦ (κόμης γὰρ ἐχρημάτιζε τῶν λεγομένων Κουρνούτων), ἐπεὶ πάντα πράττων οὐδαμῶς αὐτὸν ἴσχυσε τῆς εὐσεβείας μεταστῆσαι,

#### VALESII ANNOTATIONES.

(54) Theodorit. l. II, c. 28.

(55) Ἀπὸ Χαιρατόπων. De hac urbe Holstenius ad oram sui codicis hæc annotavit: *Scribo Χερετᾶπων.* Hoc enim verum nomen in nummis ipsorum aliisque melioribus libris legitur. Idem ante Holstenium notaverat Ortelius in *Thesauro*.

(56) Ἐξ ἑκατέρας Λιβύης. Duæ erant Libyæ in Ægypto: altera Pentapolis, altera siccior Libya appellata, ut docet Ammianus Marcellinus in libro XXI. Et Serras quidem episcopus fuit Parætonii siccioris Libyæ. Heliodoros vero episcopus Sozuzæ Pentapolis Libyæ, ut legitur in subscriptione synodi Seleuciensis apud Epiphanium in hæresi 73.

(57) Χειροτονοῦσι τὸν Ἀέτιον. De Aetii episcopatu illustre exstat testimonium in epistola 31 imperatoris Juliani, quæ inscripta est ad Aetium episcopum. Nondum tamen Aetius ad episcopatum promotus fuerat tunc cum Julianus epistolam illam ad eum scripsit. Factus est enim episcopus, post-

eaquam ab exsilio revocatus fuisset, ut testatur Philostorgius, et Epiphanius in hæresi Anomæorum. Porro cujusnam urbis episcopus factus fuerit Aetius, obscurum est, nec ab uilo proditum quod sciam.

(58) Ὑπὸ τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι. Non dubito quin scribendum sit ὑπὲρ τῶν, etc. Libentius etiam legerim *προσκομίζοντος*. Neque enim audiendus est Gothofredus qui hunc locum ita vertit: *Eudoxio calculum iis qui ordinandi erant sapius Aetianis præeunte.*

(59) Μεθ' ἣν τοὺς περὶ Σέρβαν. Assentior Holstenio, qui ad marginem sui codicis adnotavit legendum sibi videri τοῖς περὶ Σέρβαν, etc. Ita certe flagitant leges grammaticæ. Paulo post ubi legitur καὶ τῷ ἐσπερίῳ τόμῳ ὑπογράψαιεν, melius scriberetur τῷ ἐσπερίῳ τόμῳ.

(60) Τοὺς τόμους ἀποστέλλειν. In manuscripto codice Bocharti legitur τὸν τόμον, rectius ut opinor.

#### VARIORUM.

(a) Τόμῳ τῶν ἐσπερίων. Intelligit Formulam fidei cui episcopi in synodo Ariminensi subscripserunt. Quam enim fidem Socrates ait Arimini editam, lib. IV, cap. 4, eandem fidei formulam ab occidentalibus episcopis promulgatam appellat Sozom. lib. IV,

cap. 18. Idem etiam episcopus synodi Ariminensis occidentales vocat, cap. 23 ejusdem libri. Alia longe res erat tomos Occidentalium, in canone quinto concilii generalis secundi memoratus. *W. Lowth.*

παραλύσας τοῦ ἀξιώματος, εἰς Θήβας τὰς Αἰγυπτίους A  
φυγαδεύει. Τοῦτόν φασιν, ἤνικα Κωνσταντίος ἐβασί-  
λευσεν, ἰδεῖν τινα τῶν λεγομένων Σιλεντιαρίων, πυ-  
ρὸς φλόγα τοῦ στόματος ἀφιέντα· ἰδεῖν δὲ κατὰ τὸ  
δειλιῶν (61), ἤνικα μετὰ τροφήν τὸν ὕπνον αἰρού-  
μεθα· καὶ ταῦτα σημηνῶν (62) Κωνσταντίῳ. Καὶ  
γὰρ ἐκείνου πέμψαντος αὐτὸν διὰ τινα χρεῖαν μετα-  
καλέσασθαι τὸν Οὐαλεντινιανὸν, περιτυχεῖν τῷ θεά-  
ματι. Ὁ δὲ Κωνσταντίος τῇ ἀγγελίᾳ εἰς ὑπόνοιαν  
μὲν καὶ δέος κατέστη· οὐδὲν γέ τι παρελύπησε τὸν  
ἄνδρα· παραμυθούμενος δὲ τὸ οἰκεῖον δέος, περὶ τὰ  
φρούρια τῆς Μεσοποταμίας ἐκπέμπει, φύλακα τῶν  
ἐκεῖσε τόπων ἐσόμενον, καὶ τὰς τῶν Περσῶν ἐπιδρο-  
μὰς ἀναστέλλοντα.

η'. Ὅτι τὰ περὶ τοῦ μάρτυρος Βαβύλα (a), ὅσα  
τε Ἰουλιανὸς εἰς τὸ μαρτυρικὸν ἐκεῖνο σῶμα παρώντ- B  
σεν, ὅσα τε εἰπεῖν ἐξεβιάσθη τὰ δαιμόνια, καὶ ὅπως  
κεραυνῶ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος αὐτῷ καθιδρύματι (63)  
ἀπετεφρώθη τέμενος, καὶ ὅσα ἄλλα κατὰ ἀνθρώπους  
τε καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπους παρεδοξοποιήθη, οὐκ ἐπι-  
μέγα παραλλάττοντα τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ ιστορεῖ. Λέγει  
δὲ μαρτυρῆσαι τὸν ἱερὸν Βαβύλαν σὺν τρισὶ παισὶ,  
κομιδῇ μὲν νέοις, τὸ γένος δ' ἀδελφοῖς· τὸ δὲ μαρ-  
τύριον ἀπ' ἀρχῆς τοιαύτης προβῆναι. Ἐπίσκοπος ἦν  
τῆς Ἀντιοχείας ὁ Βαβύλας. Νουμεριανῷ δὲ τῷ Ῥω-  
μαίων βασιλεῖ, ἢ ὡς ἐνιοὶ Δεκίῳ φασί, κατὰ δὴ τινα  
δαίμονα γνώμην ἐμπεισεῖν, πληθυσούσης τῆς ἐκκλη-  
σίας εἰσελθεῖν ἐν αὐτῇ. Τὸν δὲ γε τοῦ Θεοῦ ἀρχιερέα  
κατὰ τὰ προπύλαια σάντα τοῦ νεῶ, τὴν εἰσοδὸν  
ἀποτεριχίζειν, φάσκοντα, ὅσα γε δυνατὸς εἴη, μὴ πε- C  
ριόψεσθαι λύκον τῷ ποιμνίῳ παρεισδυόμενον. Καὶ  
τὸν μὲν αὐτίκα τῆς ὀρμῆς ἀνακρουσθῆναι, εἴτε στάσιν  
ὑπειδόμενον, εἴτε καὶ ἄλλως μεταβουλευσάμενον· τὸν  
ἐπίσκοπον πρῶτα μὲν (64) τῆς τόλμης αἰτιᾶσθαι,  
ἔπειτα δὲ κελεύειν τὸν ὄσιον τοῖς δαίμοσι θύειν· μό-  
νην γὰρ εἶναι τὴν ἐξοσίωσιν ταύτην, λύσιν τε ἐγκλή-  
ματος, καὶ τῆς μετὰ ταῦτα τιμῆς τε καὶ δόξης πρό-  
ξενον. Τὸν δὲ, γενναίως πρὸς ἕκαστα τῶν προτεινο-  
μένων ἀντιταττόμενον, τὸν μαρτυρικὸν ἀναδήσασθαι  
στέφανον.

quæ ipsi proponerentur, forti ac generoso animo  
restitisset, martyrii coronam adeptus est.

θ'. Ὅτι τοὺς τοῦ Σωτῆρος χρησμούς, οἳ τὴν Ἰε-  
ρουσαλήμ ἀνατετράφθαι λέγουσιν, ὥστε μηδὲ λίθον

A quam dimovere potuisset, dignitate privatum Thebas  
Ægyptias relegavit (65). Hunc olim, dum Constan-  
tius imperio potiretur, quidam ex schola Silentia-  
riorum, flammam ex ore vomentem vidisse fertur;  
erat autem meridianum tempus, quando somnum  
capere solemus post cibum; idque Constantio re-  
nuntiasset. Ab eo enim missus ad accersendum Va-  
lentinianum cujusdam negotii causa, huic specta-  
culo interfuerat. At Constantius, ea re ipsi nuntiata,  
in suspicionem ac metum conjectus est; nulla ta-  
men molestia Valentinianum affecit. Verum ut ti-  
morem suum sedaret, ad castella Mesopotamiæ eum  
misit, ut iis locis præsidio esset, et Persarum ex-  
cursiones comprimeret.

8. *Babylas*. — De Babyla martyre, quot et quan-  
tis contumeliis sacrum ejus corpus affecerit Julia-  
nus, quæ item dicere coacti fuerint dæmones, et  
quemadmodum Apollinis templum una cum simu-  
lacro, fulmine ictum conflagraverit, reliqua denique  
admiranda, quæ partim humano more, partim  
supra humanas vires tunc gesta sunt, non multum  
ab aliis diversa narrat Philostorgius (66). Ait porro  
sanctum Babylam martyrio perfunctum esse una  
cum tribus pueris fratribus, admodum adolescen-  
tibus; martyrium vero ex hujusmodi causa prove-  
nisse. Erat Babylas episcopus Antiochiæ. Quodam  
igitur tempore Numerianum Rom. imperatorem,  
sive, ut alii dicunt, Decium, a dæmone invecta cu-  
pido incessit ingrediendi in ecclesiam Christia-  
norum, cum populus ad eam frequentissimus con-  
venisset. Verum sacerdos Dei ad ecclesiæ vestibula-  
rum stans, aditum ei interclusit, asserens non  
passurum se, quantum quidem in ipso erat, ut lu-  
pus in ovile irreperet. Imperator vero, statim qui-  
dem ab incepto destitit, seu quod seditionem refor-  
midaret, seu ob aliam quampiam causam mutata  
sententia; episcopum vero, primum quidem teme-  
ritatis accusavit, deinde dæmonibus sacrificare jus-  
sit: unum enim id sacrificium esse, quo et crimen  
suum diluere, et in posterum honorem sibi ac glo-  
riam comparare posset. Episcopus vero, cum iis quæ  
ipsi proponerentur, forti ac generoso animo  
restitisset, martyrii coronam adeptus est.

9. *Hierosolymorum instaurationis frustra suscepta*. —  
Apostata Julianus, Servatoris nostri oracula, qui-

#### VALESII ANNOTATIONES.

(61) Κατὰ τὸ δειλιῶν. Circa vesperam, vertit D  
Gothofredus, secutus interpretationem Joannis  
Langi, qui in libro undecimo Nicephori, ubi hic  
Philostorgii locus describitur, ita verterat. Ego vero  
circa meridiem vertere malui. Id enim significat  
Græca vox, ut testatur Suidas in δειλιῶν, quæ utrum-  
que tempus denotat, tam meridianum quam vesper-  
tinum. Verum ex iis quæ subjicit Philostorgius,  
satis apparet meridianum tempus hic intelligi.

(62) Σημηνῶν. Sic etiam in codice Bochartiano  
scriptum inveni. Lex tamen grammatica scribi ju-

bet σημηναί.

(63) Αὐτῷ καθιδρύματι. Hunc locum restitui ex manu-  
scripto codice Samuelis Bocharti, in quo ita scribitur:  
αὐτῷ καθιδρύματι. In eodem codice scriptum inveni  
γνώμην ἐμπεισεῖν, non ἐκπεισεῖν, ut edidit Gothofredus.

(64) Τὸν ἐπίσκοπον πρῶτα μὲν. Ante hæc verba  
ponenda est finalis distinctio. Deinde supplenda est  
conjunctio hoc modo, τὸν δὲ ἐπίσκοπον, etc., ut hæc  
respondeant superioribus.

(65) Theodorit. l. III, c. 16.

(66) Euseb. pag. 294, n. a.

#### VARIORUM.

(a) Περὶ τοῦ μάρτυρος Βαβύλα. De insigni hoc  
martyre, quem passum esse sub Decio imp. non  
sub Numeriano constat. Vid. Chrysost. orat. De

*Babyla*, tom. V, edit. Savilianæ, et Suidam in voce  
Βαβύλας. W. Lowth.

bus Hierosolyma ita eversum iri prædixerat, ut ne lapis quidem supra lapidem esset remansurus, falsi convincere molitus, non modo eorum quæ studuerat nihil perfecit: imo etiam certissimam eorumdem veritatem invito licet confirmavit (67). Nam cum omnes undique Judæos collegisset, et pecunias iisdem ex ærario ac reliqua subsidia præbisset, præcepit eis ut templum instaurarent. Verum terrores divinitus immissi, quos nulla vis eloquentiæ explicare possit, non modo impetum illorum compresserunt, sed etiam tum imperatorem ipsum, tum Judæos, ad inopiam consilii redactos, summo dedecore affecerunt. Hinc enim ignis eos qui manum operi admovere ausi fuerant, depastus est; hinc terræ motus obruit; alios aliæ calamitates exstinxere. Sic audacia quæ oracula Domini nostri ignominia afflicere tentaverat, eorumdem inviolabilem ac venerandam efficaciam imprudens palam prædicavit.

10. *Juliani comitis, Felicis, Elpidii horrendi exitus* (68).— Cum multi ex iis qui adversus Christianos et contra religionem debacchati fuerant, meritas pœnas dederunt, tum manifestissime et sub omnium conspectu præsentibus solverunt pœnas, Julianus comes Orientis, avunculus Apostatæ Juliani, et Felix comes largitionum, et Elpidius præpositus domus regie, quos Romani vocare solent comites rerum privatarum. Hi porro tres erant ex numero eorum qui in imperatoris gratiam a religione nostra desciverant. Ac Felix quidem, cum nulla alia præcessisset causa, una ex interioribus venis quæ omnium maxima est, subito rupta, sanguinis rivum ex ore effudit, et horrendum cunctis qui aderant spectaculum præbens, ne diem quidem totum superfuit, sed sub vesperam, deficiente sanguine, animam simul efflavit. Julianus vero difficili et ignoto correptus morbo, totos quadraginta dies supinus jacuit, nec loquens quidquam, nec sensu ullo præditus; postea vero cum paulo commodius se habere cœpisset, impium facinus quod admiserat, identidem damnavit, eamque ob causam id supplicium sibi irrogatum esse confessus est; et hactenus morbo levatus, quoad usque suæ ipsius impietatis testis exstitisset, omni ulcerum genere ventrem ejus dilacerante, animam inter cruciatus exhalavit. Elpidius denique, licet serius quam reliqui, tamen cum

## VALESHI ANNOTATIONES.

(67) Theodorit. l. iii, c. 20.

(68) Theod. lib. iii, cap. 12, 13.

(69) *Τοῦ αἵματος ἐπιλείποντος*. In codice Samuelis Bocharti legitur *ἐπιλείψαντος καὶ τὴν ψυχὴν ἀπέβαλε*.(70) *Ἐπομάδην ἔκειτο*. Hunc locum correxi ex manuscripto codice Samuelis Bocharti, et ex libro decimo Nicephori capite 29, qui diserte scriptum habent *ἀποτάδην*. Repudianda est igitur conjectura Lucæ Holstenii, qui ad oram sui codicis annotavit scribendum omnino esse *ἐπωμάδην*, quæ lectio ferri nullo modo potest.(71) *Μικρὸν δὲ ὑποβάσας*. Pessime Gothofredus hunc locum vertit hoc modo: *Paulatim vero diffluens*. Longe melius Joannes Langus hæc verba

ἐπὶ λίθῳ μέναι, τούτοις ὁ ἀποστάτης εἰς ψεῦδος ἐλέγχειν διανοηθεὶς, οὐ μόνον οὐδὲν ἤνυσεν ὢν ἐσπούδασεν, ἀλλὰ τὸ ἐν τοῖς χρησμοῖς, εἰ καὶ ἄκων, ἐβεβαίωσεν ἀμετάπτωτον. Ὁ μὲν γὰρ τοὺς πανταχῆ συναγείρας Ἰουδαίους, καὶ οἴκοθεν χρήματα καὶ δύναμιν ἄλλην παρασχών, ἀνακαινίζειν ἐπέτρεπε τὸ ἱερόν. Δείματα δὲ θεήλατα γεγονότα διήγησιν ὑπερβαίνοντα, οὐ μόνον ἐσβέσεν αὐτῶν τὴν προθυμίαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς Ἰουδαίους εἰς ἐσχάτην ἀμυχανίαν καὶ αἰσχύνην κατεστρέψαντο. Τοῦτο μὲν γὰρ πῦρ ἐπενέμετο τοὺς ἐργάζεσθαι τολμῶντας· τοῦτο δὲ, σεισμὸς ἐχώννυεν· καὶ ἄλλους ἄλλα πάθη κατεμερίζετο, καὶ ἡ κατασχύνειν τὰ δεσποτικά λόγια μελετήσασα τόλμα, τὸ ἐκείνων ἀκαταίσχυντον καὶ σεβασμιώτατον λείληθεν ἑαυτὴν ἀνακηρύττουσα.

τ'. Ὅτι πολλοὶ μὲν τῶν εἰς τοὺς Χριστιανούς καὶ τὴν εὐσέθειαν ἐκμανέντων, δίκαιος ἔτισαν οὐ μεμπτάς· εἰς τὸ περιφανέστατον δὲ καὶ ἐπιφανεῖς, Ἰουλιανὸς τε ὁ τῆς ἐφᾶς ἄρχων, θεῖος ὢν κατὰ τὸ μητρῶον γένος τοῦ ἀποστάτου Ἰουλιανοῦ, καὶ Φήλιξ ὁ τοὺς θησαυροὺς ἐπιτετραμμένος, καὶ Ἐλπίδιος τῆς βασιλικῆς οἰκίας προεστώς· κόμητας πριουάτων ἢ Ῥωμαίων γλῶττα καλεῖ. Οὗτοι δ' οἱ τρεῖς τῶν ἐξαρησαμένων τὴν εὐσέθειαν εἰς τῆ βασιλεῖ κεχαρισμένον ἦσαν. Ὁ μὲν οὖν Φήλιξ ἐξ οὐδεμιᾶς ἐμφανοῦς αἰτίας, τῶν ἐν βάθει φλεβῶν μιᾶς τῆς μεγίστης ἀναβράγεισης, αἵματός τε αὐτὸν ἐξέπεμψεν ἐκ τοῦ στόματος, καὶ θεάμα τοῖς ὄρωσι γενόμενος φανερόν, οὐδὲ δι' ὅλης ἡμέρας ἤρχεσεν· ἀλλὰ περὶ δειλὴν ὄψιν τοῦ αἵματος ἐπιλείποντος (69), καὶ τὴν ψυχὴν συναπέβαλε. Ὁ δὲ γε Ἰουλιανὸς ἀργαλέα καὶ δυστεκμάρτω βληθεὶς νόσῳ, ἐπὶ τεσσαράκοντα τὰς ὅλας ἡμέρας ἀποτάδην ἔκειτο (70), μήτε φθεγγόμενος, μήτε τινὰ συναίσθησιν ἔχων· μικρὸν δὲ πῶς ὑποβάσας (71), πολλὰ μὲν κατεγίνωσκεν ἑαυτὸν τῆς ἀθεμίτου τόλμης, καὶ τὴν δίκην ἐκεῖθεν αὐτῷ συναίσθησιν ἔλαβε καταβράγγηται· καὶ μέχρι τοῦ μάρτυρα αὐτὸν ἑαυτοῦ τῆς ἀνοσιουργίας γενέσθαι ἀνεναγκίων, παντοδαποῖς ἔλκεσι τὴν γαστέρα σπασθεὶς, συνδιεβράγγη καὶ τὴν ψυχὴν. Καὶ ὁ Ἐλπίδιος δὲ, εἰ καὶ τῶν ἄλλων βραδύτερον, ἀλλ' οὖν τῆ τοῦ Προκοπίου τυραννίδι συμπράττων φωραθεὶς, ὅς ἐπανεστή τῷ Οὐάλεντι,

D interpretatus est in capite 29 libri x *Historiæ* Nicephori, ubi eadem verba leguntur ex Philostorgio desumpta: *μικρὸν δὲ τέως ὑποβάσας, et valetudine paululum recuperata, etc.* Harpocratio in Lexico, *βάσας*, inquit, ἀντὶ τοῦ ῥάως ἔχων ἐκ τῆς νόσου· Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. Locus Demosthenis, quem indicat Harpocratio, exstat in prima *Olynthiaca*, ubi de Philippo Macedone ita scribit, ἡσθένησε πάλιν *βάσας* οὐκ ἐπὶ τὸ ῥαθυμεῖν ἀπέκλινε. Ad quem locum Ulpianus notat verbum *βάσας* non significare *ὕγινας*, sed idem esse quod *κουφότερον ἔχων*, id est, *commodius se habens*. Eustathius ad librum iv *Odyssææ* pag. 1509, λέγεται δὲ, inquit, καὶ ῥάων ὁ ἐκ νόσου ὕγιης, καὶ *βαίσει* τὸ ἀπὸ νόσου ἀνασφάλειν

τῶν τε χρημάτων γυμνωθεὶς, καὶ εἰρκταῖς κατα-  
θιούς, ἀκλεῶς καταστρέφει τὸν βίον, ἐπάρατος πᾶσι  
γεγονώς, καὶ ὁ θύτης Ἐλπίδιος ἐπονομαζόμενος.  
Ἄλλος δὲ τις συνεισελθὼν τοῖς εἰρημένοις ἐν τῇ ἐκ-  
κλησίᾳ, ἦν ἐπόρθου καὶ ἀπεσύλων τὰ ἀναθήματα,  
καὶ τὰ κειμήλια λαφυραγωγῶντες, τὸν ἐν αὐτοῖς  
θεραπευόμενον ἐξύβριζον· οὗτος δὲ προσαναυρά-  
μενος τὴν ἐσθῆτα, τῷ θυσιαστηρίῳ ἐνασελγαίνων  
ἐναπούρησε, καὶ παραυτίκα ποινὴν χαλεπὴν καὶ  
ὀξεῖαν ἀπέτισε. Δι' ὧν γὰρ ὕβρισε μορίων, ταῦτα  
μέχρι τῶν ἐντέριων διασαπέις, καὶ σκωλήκων ἀδι-  
ήγητον χρεῖμα τεκνώσας, οἰκτρῶς ἄγαν καὶ οὐδ' ἀφ-  
ηγήσεως ἀξίως, καταστρέφει τὸν βίον. Καὶ μὲν δὲ  
καὶ ἕτεροι παραπλήσια τετολμηχότες ἐφαμιλλοῦς τὰς  
τιμωρίας δεδώκασιν.

ια'. Ὅτι Ῥωμαίων ὁ βασιλεὺς Ἀδριανὸς, ὃς Αἴ-  
λιος ἐπωνόμαστο, τὰ Ἱεροσόλυμα Αἰλίαν ἐξ ἑαυτοῦ  
μετεκαλέσατο· ὡς ἂν παντάπασιν τὸ Ἰουδαίων αὐτῆς  
ἔθνος ἀποστήσῃ καὶ ἀποβρέξῃ, καὶ μηδ' ἐκ τῆς κλή-  
σεως ὡς πατρίδος αὐτῆς ἀντιποιεῖσθαι πρόφασιν  
ἐχούσης (72). Ἐδεδίει γὰρ αὐτῶν τὸ θερμουργὸν καὶ  
βυφοκλίνδυνον, μὴ συναγειρόμενοι κατὰ πρόφασιν ἐν  
τῇ πόλει λατρείας, πράγματα Ῥωμαίοις παρέξωσιν.

ιβ'. Ὅτι, φησὶ, Βαβύλα τοῦ μάρτυρος τῶν λευψά-  
νων μετατεθέντων, τὰ τῶν Ἑλλήνων χρηστήρια, τοῦ  
κατὰ Δάφνην ἀρξαμένου, χρησμοὺς ἀνεδίδου καὶ λό-  
για, τῆς θείας Προνοίας φθέγγεσθαι μὲν αὐτοῖς ἐν-  
διδούσης, τρεπούσης δὲ τὴν ἐς τιμὴν (α) αὐτοῖς  
ὀρῶσι σπουδὴν εἰς αἰσχύνην ἄφατον. Καὶ γὰρ ἐξ ὧν  
ἐσπουδάξετο τὸ Ἑλληνικὸν κίχρᾶν τὰ δαιμόνια, ἵν'  
ἔχοιεν ἐπὶ μᾶλλον θειάζειν αὐτὰ, ἐκ τούτων τὸ ἀσθε-  
νὲς αὐτῶν καὶ πεπλανημένον διελέγχειν τῇ θεῷ Προ-  
νοίᾳ συνηλαύνοντο. Ψευδεῖς γὰρ καὶ ἀτέλεστοι κατὰ  
γε τὸ περιφανέστατον οἱ ἐκεῖθεν χρησμοὶ ἐγνωρί-  
ζοντο· ὅθεν καὶ προθεσπισάντων ἅμα πάντων καθ'  
ἕκαστον τῶν μαντείων, ὡς Ἰουλιανὸς ὁ τοῦ βασιλέως  
θεῖος νοσῶν οὐ τεθνήξεταί, ἐν αὐταῖς τῶν χρησμῶν  
ἀναγνώσεσιν, οἰκτρῶς ἐκεῖνος καὶ ἐλεεινῶς τὸν βίον  
ἀπέβρέξεν.

ιγ'. Ὅτι, φησὶν, Ἡρωνά τινα ἐκ Θηβῶν τῶν Αἴ-  
γυπτίων ὀρμώμενον, καὶ εἰς ἐπισκόπους τελέσαντα,  
εἶτα πρὸς Ἑλληνισμὸν μεταβαλόντα, παραχρῆμα  
νόσος σηπεδονώδης ἀπέλαβε, καὶ πᾶν καταβοσκη-  
θεῖσα τὸ σῶμα, βδέλυγμα πᾶσιν ὑπέδειξεν. Ὁ δὲ  
πανταχόθεν ἀπορούμενος ἐν τοῖς ἀμφοδίοις κατέκειτο,  
μηδ' ὄντινα οὖν μηδαμόθεν ἔλκων ἔλεον· τῶν μὲν  
Χριστιανῶν παντελῶς αὐτὸν ἐκτρεπομένων, τῶν Ἑλ-

A Procopii qui adversus Valentem rebellaverat, tyrann-  
nidi favisse deprehensus fuisset, bonis spoliatus, et  
in carceribus perpetuo degens, cum summa igno-  
minia vitam finivit, omnibus eum detestantibus, et  
sacrificatorem Elpidium cognominantibus. Alius  
praeterea quidam una cum supradictis ingressus in  
ecclesiam, quam illi vastabant ac spoliabant, sacra  
vasa ac donaria deprædantes, Deumque qui per hæc  
colebatur, contumelia afficientes: hic, inquam, le-  
vata veste petulanter in altare imminxit; statimque  
acerbissimas ac præsentis pœnas persolvit. Iisdem  
enim membris quibus ad contumeliam abusus fuerat,  
ad interiora usque viscera putrefactis, et immensam  
vermiam multitudinem gignentibus, prorsus mise-  
rabili exitu, et qui ne referri quidem meretur, inter-  
iit. Sed et alii plures qui ejusmodi facinora per-  
petrare ausi fuerant, non minores pœnas dederunt.

11. (72) *Hierosolyma Ælia dicta.* — Adrianus im-  
perator Romanorum, qui Ælius dicebatur, urbem  
Hierosolimam ex suo nomine Æliam appellavit, eo  
consilio ut Judæorum gentem ab ea penitus arceret  
atque excluderet, ne vel ex ipsa appellatione præ-  
textum haberent Judæi, eam tanquam patriam sibi  
vindicandi. Quippe Adrianus fervidum illorum ac  
temerarium ingenium reformidabat, ne forte sacri-  
ficandi specie in ea urbe congregati, negotium Ro-  
manis facerent.

12. *Oracula falsidica.* — Post translationem reli-  
quiarum martyris Babylæ, gentilium oracula, initio  
facto ab eo quod erat apud Daphnen, responsa ac  
vaticinia ediderunt, cum divina Providentia eis ut  
loquerentur quidem permisisset, studium vero et  
cultum ipsis eorum cultoribus in summum dedecus  
convertisset (74). Quanto enim ardentiore studio  
gentiles studuerunt ut dæmones oracula redderent,  
quo justiore causam haberent eos divinis hono-  
ribus afficiendi, eo magis infirmitatem eorum ac  
fallaciam deprehendere compulsi sunt a divina Pro-  
videntia. Quippe oracula quæ inde profluxerunt,  
falsa atque imperfecta apparuere: certe cum omnia  
singillatim oracula respondissent, Julianum impe-  
ratoris avunculum, qui tum morbo laborabat, ne-  
quaquam esse moriturum, dum ea ipsa legerentur  
oracula, animam miserabiliter exhalavit.

D 13. (75) *Apostatae duo misere percunt.* — Heron  
quidam ex urbe Ægypti Thebis oriundus, et qui  
episcopatum gesserat, cum postea ad superstitionem  
gentilium descivisset, repente putredinis morbo  
correptus est: quæ totum illius corpus depasta,  
abominabilem illum præstitit. Undique igitur ad  
summam redactus inopiam, in plateis jacebat, cum  
nemo illum misericordia ulla prosequeretur; nam

#### VALESI ANNOTATIONES.

(72) *Πρόφασιν ἐχούσης.* Leges grammaticæ po-  
stulant ut scribamus πρόφασιν ἔχον, vel ἔξον. Sub-  
auditur enim Ἰουδαίων ἔθνος. Potest etiam scribi,  
πρόφασιν ἔχουσι, eamque scripturam magis probo.

(73) Euseb. Hist. l. iv, cap. 6.

(74) Theodorit. l. iii, c. 10.

(75) Theophanes in *Chronico*, pag. 5.

#### VARIORUM.

(a) *Ἐς τιμὴν.* Ἐντιμὴν legit Gothofredus. W. Lowth.



Christiani quidem eum penitus aversabantur, gentiles vero eum hactenus norant, quatenus in erroris societatem eum traduxerant. Et Heron quidem ita acerbo atque infelici exitu periit. Sed et Theotecnus quidam ad gentilium superstitionem transgressus, repente toto corpore putrefacto, vermium receptaculum factus est. Qui cum oculos ei effodissent, ad extremum insania correptus est, et sua ipsius lingua concisa et comesa, ex acerbissimis tormentis ad multo graviora supplicia est transmissus. Multa hujusmodi prodigia Deus tunc edidit, ab iis qui impudenter a pietate desciverant, meritas eorum sceleri respondentes exigens pœnas.

14. (76) *B. Joannis Evangelium Hierosolymis repertum.* — Julianus, cum urbem Hierosolymam instaurari jussisset, eo consilio ut Domini nostri de illa prædictiones irritas esse convinceret, prorsus contrarium iis quæ moliebatur effecit. Nam et multa alia prodigia cœlitus immissa opus represserunt; et cum fundamenta pararentur, unus ex lapidibus qui in ima basi collocabatur, suo loco demotus, ostium antri cujusdam aperuit, quod in rupe excavatum erat. Sed cum ob profunditatem ea quæ intus erant cernere difficile esset, curatores operum rei cognoscendæ cupidi, quemdam ex operariis prolixo funi astrictum demiserunt. Hic demissus, æquam in antro residem ad media usque crura reperit, et cum undique locum circuisset, et parietes contrectasset, antrum quadratum esse deprehendit. Reversus deinde, cum in medio constitisset, columnam quamdam offendit quæ paululum supra aquam exstabat. Quam cum manu apprehendisset, librum ei impositum reperit, tenuissimo ac purissimo linteo involutum. Cumque eum uti invenerat sustulisset, signum dedit ut ipsum retraherent. Retractus igitur ostendit librum, et universos admiratione perculit, ob id maxime quod recens adhuc atque intactus videbatur, et quod in eo loco reperi- tus fuisset. Hic igitur liber, quod gentilibus ac Judæis majori adhuc admirationi fuit, confestim apertus, in capite, hoc habebat scriptum grandioribus litteris: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Prorsusque hic liber integrum illud continebat Evangelium, quod sacra discipuli virginisque lingua annuntiaverat. Porro hoc miraculum una cum aliis prodigiis quæ tunc cœlitus ostensa sunt, perspicue indicabat, nunquam in irritum casuram esse sententiam Domini, quæ templi vastationem perpetuo mansuram prædixerat. Liber enim ille, cum qui ista multo

λήνιον δὲ μέχρι τοῦ καθυποβαλεῖν αὐτὸν τῇ πλάνῃ μόνον αὐτὸν ἐγνωκότων. Ἄλλ' ὁ μὲν Ἱερῶν πικρῶς οὕτω καὶ παναθλιῶς τῆς ζωῆς ἀπελήλαται. Καὶ Θεότεκνος δὲ τις πρὸς τὸν Ἑλληνισμὸν ἀποβόρυστος, πᾶσαν ἀθρόως τὴν σάρκα διασαπείσκει καὶ σκωλήκων ὕλη γεγονῶς, καὶ δὴ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπ' αὐτῶν ἐξορυχθεῖς, τελευτῶν εἰς μανίαν ἐτρέπη, καὶ τὴν ἑαυτοῦ γλῶτταν καταφαγὼν, ἐκ πικρῶν βασάνων εἰς πολὺ χαλεπώτερα παρεπέμφθη κολαστήρια. Καὶ πολλὰ τοιαῦτα τὸ Θεῖον ἑτερατούργει, ἀντιβόρους τὰς πονῆρας παρὰ τῶν ἀναίδην ἀσεβοῦντων εἰσπραττόμενον.

ιδ'. Ὅτι προστάξας, φησὶν, Ἰουλιανὸς τὰ Ἱεροσόλυμα ἀνοικοδομεῖσθαι, ὡς ἂν τὰς περὶ αὐτῶν δεσποτικὰς προρρήσεις ἀκύρους ἐλέγξει, τοῦναντίον ἅπαντων ἐσπούδασεν, ἐξεργάσατο. Ἄλλα τε γὰρ τέρατα ὑπερφυῆ τὸ ἔργον κατασκήψαντα ἐπέσχε· καὶ δὴ καὶ τῶν θεμελίων εὐτρεπιζομένων, εἰς τῶν λίθων, εἰς τὴν ἐσχάτην κρηπίδα τεταγμένων κινηθεῖς, στόμιον ἄντρου τινὸς παρέδειξεν, ἐνειργασμένου τῇ πέτρᾳ. Ὡς δ' ἄπορος ἦν (77) διὰ τὸ βάθος ἰδεῖν τὰ ἔνδον, βουλόμενοι γινῶναι τὸ σαφὲς οἱ τοῖς ἔργοις ἐφεστῶτες, καθιῶσί τινα τῶν ἐργατῶν σχοίνου μακρᾶς ἐκδησάμενοι. Ὁ δὲ καθιμηθεῖς, ὕδωρ μὲν εὔρεν εἰς μέσας κνήμας κατὰ τὸ ἄντρον συνεστηκός· πανταχοῦ δὲ περιελθὼν καὶ τῶν τοίχων ἐφαψάμενος, τετράγωνον μὲν τὸ ἄντρον ἔγνω. Ἀναστρέφων δὲ καὶ κατὰ τὸ μέσον γεγονῶς, ἐντυγχάνει στήλῃ τινὶ, βραχὺ διεχούσῃ τοῦ ὕδατος· ἢ τὴν χεῖρα ἐπιβαλὼν εὕρισκει βιβλίον αὐτῇ ἐπικείμενον, λεπτοτάτῳ καὶ καθαροτάτῳ περιελιγμένον ἡμιτυβίῳ (a)· ἀνελόμενος δὲ ὡς εὔρε τὸ βιβλίον, σημαίνει δεῖν αὐτὸν ἀνακομιθεῖν. Ἀνακομισθεὶς δὴ ἐπιδείκνυσσι τὸ βιβλίον, καὶ εἰς θάμβος ἅπαντας ἄγει, μάλιστα δ' ὅτι καὶ νεουργὸν καὶ ἀθιγῆ (78) παρεῖχε τὴν θέαν, καὶ ὡς ἐν ἐκείνῳ ἂν εὔρεθῃ τῷ χωρίῳ. Τὸ δὲ ἄρα τὸ βιβλίον, ὃ καὶ πλέον Ἑλληνιστὰς καὶ Ἰουδαίους κατέπληξεν, εὐθύς κατ' ἀρχὰς ἀναπτυχθὲν, μεγάλοις ἔλεγε γράμμασιν, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Καὶ ἀπλῶς ὀλόκληρον ἢ γραφῆ τὸ Εὐαγγέλιον ἐδείκνυ, ὅπερ ἡ θεολόγος τοῦ μαθητοῦ καὶ παρθένου εὐηγγελίστατο γλῶσσα. Ἐδῆλου δὲ ἄρα μετὰ τῶν ἄλλων παραδόξων ἔργων ἀκατ' ἐκεῖνο καιροῦ οὐρανόθεν ἐπεδείχθη, μὴ ἂν ποτε διαπεσεῖν δεσποτικὴν ἀπόφασιν, ἣτις τὴν εἰς τέλος ἐρήμωσιν τοῦ νεῦ προανεῖπε. Καὶ γὰρ Θεὸν τε ἐθεολόγει τὸ βιβλίον τὸν ταῦτα προτεθεσπικῶτα καὶ δημιουργὸν ἁπάντων· καὶ ἔλεγχος ἦν τοῦ μάτην ἐκείνους περὶ τὴν οἰκοδομὴν ποιεῖσθαι (79), τῆς θείας

## VALESII ANNOTATIONES.

(76) Supra, c. 9.

(77) Ἄπορος ἦν. Scribendum est procul dubio ἄπορον ἦν.

(78) Νεουργὸν καὶ ἀθιγῆ. Ex codice Bocharti

emendavi, καὶ ἀθιγῆ.

(79) Μάτην ἐκείνους περὶ τὴν οἰκοδομὴν ποιεῖσθαι. Scribendum videtur πονεῖσθαι.

## VARIORUM.

(a) Ἡμιτυβίῳ. Hæc vox occurrit infra, lib. II, cap. 4. Est autem ἡμιτύβιον linteum, sudarium, fascia, sindon. Hæc voce jam olim usi sunt Aristot-

phanes, Hippocrates, Plutarchus, Jac. Gothofred. in loc.

καὶ ἀμεταθέτου ψήφου τὸν εἰς τέλος τοῦ νεὸ ἀφανισμὸν καταψηφισαμένης. Τὰ μέντοι Ἱεροσόλυμα, Ἰεθούς πρότερον ἐκαλεῖτο, τῶν τῆς Βενιαμίτιδος φυλῆς ταύτην ἐνοικοῦντων, πρὶν ἢ Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς ὑποσχέσει στρατηγίας ἐλθὼν αὐτὴν διὰ τοῦ Ἰοάβου. Ἐκείνῳ τε τὴν ὑπόσχεσιν ὡς ὑπεδέξατο δίδωσι, καὶ αὐτὸς πόλιν ἐν αὐτῇ δειμάμενος, μητρόπολιν τοῦ παντὸς ἔθνους τῶν Ἑβραίων ἀπειργάσατο.

si ea urbe potiretur, urbe capta, id quod ei promiserat tradidit. Ipse in eodem loco urbem ædificans, universæ gentis Hebræorum metropolim eam

ιε'. Ὅτι τοῖς πανταχόθεν χρησμοῖς τῶν Ἑλλήνων ὁ Παραβάτης ἀναπεισθεὶς ὡς ἄρχον ἐξῆι τὸ κράτος, κατὰ Περσῶν ἐκστρατεύει. Γέρων δέ τις τῶν παρὰ Πέρσαις τῆς στρατείας ἀφειμένων ἤδη ἀπέστη (80) μετέρχεται τὸν Παραβάτην ἐν Περσίδι στρατευόμενον· καὶ ἐρημίαις ἐν τόποις καὶ ἀμηγάνοις συγκλείσας ἀπορίαις, ἐν οἷς τὸ πλεῖστον τοῦ λαοῦ διεφθάρη, ἔτοιμον θήραμα τοὺς πολεμίους τοῖς ὁμοφύλοις παρέχεται. Τὸ δὲ Περσικὸν ἐπελαύνει (81) κατ' αὐτῶν, συνεπαγόμενον καὶ τοὺς ὑποσπόνδους κοντοφόρους Σαρακηνοὺς· ὧν εἷς ἐπὶ τὸν Ἰουλιανὸν τὸ δόρυ ἐκτείνας, πλήττει μὲν αὐτὸν ἐν ἰσχύϊ κατὰ τὸ περιτόναιον. Ἄμα δὲ τῇ αἰχμῇ ἐξελκομένη, καὶ κόπρος τις ἐπηκολούθησε συνεπισπωμένη τῷ αἵματι. Ἐῖτα τὸν μὲν βαλόντα Σαρακηνὸν εἷς τῶν δυρουφόρων ἐπελθὼν, τῆς κεφαλῆς ἀποτέμνει. Τρωθέντα δὲ καιρίαν τὸν Ἰουλιανὸν, οἱ οἰκεῖοι διὰ τάχους ἀναλαβόντες ἐπ' ἀσπίδος, εἰς τὴν σκηνὴν ἀνεχώρουν. Καὶ τοῖς πολλοῖς διὰ τὸ ἄθρόον καὶ δι' ὀλίγου συμβῆναι τὴν πληγὴν, καὶ μηδ' ὄθεν ἰδεῖν ἠνέχθη, παρὰ τῶν οἰκείων ἐνομίσθη τὸ πάθος προσελθεῖν. Ἄλλ' ὁ γὰρ δαίμων Ἰουλιανὸς, τοῦ τραύματος ταῖς χερσὶν ὑποδεχόμενος τὸ αἷμα, πρὸς τὸν ἥλιον ἀπέρραινεν, διαρρήδην πρὸς αὐτὸν λέγων· Κορέσθητι. Καὶ δὴ καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς κακοὺς τε καὶ ὀλεσθῆρας ἐκάλει. Ἰατρῶν μέντοι γὰρ ἄριστος ὁ Λυδὸς Ὀριβάσιος αὐτῷ συνῆν ὁ ἐκ Σάρδεων· ἀλλ' ἡ πληγὴ πᾶσαν χλευάζουσα θεραπείαν, διὰ τριῶν ἡμερῶν τὸν Ἰουλιανὸν ἀπαλλάττει τοῦ βίου, ἐν μὲν τῷ τοῦ Καίσαρος σχήματι πέντε ἐνιαυτοὺς, ἐν δὲ τῷ διαδήματι μετὰ τὸν Κωνσταντίου θάνατον, δύο καὶ ἡμισυ διανύσαντα ἔτη. Καὶ οὗτος μὲν εἰς τὸν ἥλιον ἀπορραινεν τὸ αἷμα, καὶ τοὺς αὐτοῦ θεοὺς κακολογεῖν· οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν ἱστοροῦντων εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀληθινὸν Θεόν, ἐκάτερον γράφουσιν ἐναπορρῖψαι.

conviciatum esse. Plerique tamen historiæ scriptores, utrumque horum a Juliano factum esse tradunt adversus Dominum nostrum ac Deum verum Jesum Christum.

#### ΕΚ ΤΗΣ ΟΓΔΟΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. Ὅτι τῇ ἐπαύριον τοῦ διαφθαρεῖναι τὸν Ἀποστά-

#### VALESI ANNOTATIONES.

(80) Ἡδη ἀπέστη. In codice manuscripto Samuelis Bocharti ad vocem ἀπέστη asteriscus notatus est, et ad marginem ascripta sunt hæc verba: *locus non sanus*. Deinde emendationes aliquæ apponuntur adeo infelices, ut eas conjector ipse deleverit. Ego vero antequam codicem illum nactus essem, hunc locum ita emendaveram: Γέρων δέ τις τῶν παρὰ Πέρσαις τῆς στρατείας ἀφειμένων ἤδη, ἀπιστία μετέρχεται τὸν Παραβάτην.

(81) Τὸ δὲ Περσικὸν ἐπελαύνει. Rectius in co-

PATROL. GR. LXV.

A ante pronuntiaverat, Deum et universi conditorem esse prædicabat. Certissimumque erat indicium, frustra eos in ædificando laborare, cum immutabilis Dei sententia templum perpetua subversione damnasset. Ipsa quidem urbs Hierosolyma antea Jebus vocabatur, tribulibus Benjamiticæ tribus eam incolentibus, priusquam rex David, opera Joabi, eam cepisset. Cui cum exercitus imperium promississet, esse voluit.

15. Julianus imp. Persidem invadens perit. — Apostata Julianus cunctis undique gentilium oraculis confisus, quod invictam vim esset habiturus, adversus Persas expeditionem suscepit. Senex vero quidam qui jampridem missione donatus fuerat apud Persas, dolo ac perfidia circumvenit Apostatam in Perside bellum gerentem (82). Qui cum Romanos in inviam quamdam solitudinem, et in maximas difficultates conjecisset, in quibus maxima pars exercitus periit, hostes velut prælam venaticam popularibus suis tradidit. Persæ enim in Romanos irruerunt, adjectis sibi foederatis equitibus Saracenis qui contos gestabant. Quorum unus cum hastam in Julianum intorsisset, eum in femore circa peritonæum percussit. Et cum cuspis extraheretur, sterces quoque una cum sanguine secutum profluxit. Ac percussori quidem Saraceno, unus ex imperatoris protectoribus in eum irruens, caput abscidit. Julianum vero letali vulnere percussum, Romani confestim scuto impositum in tabernaculum asportarunt. Multique a Romanis id facinus admissum esse existimarunt, eo quod repente ac momento temporis id vulnus inflictum fuerat, nec unde inflictum erat quisquam sciebat. At vero miser Julianus cruorem ex vulnere manibus suis excipiens, ad solem projecit, elata voce dicens: *Satiare*. Sed et alios deos malos atque exitiales appellavit. Erat in ejus comitatu præstantissimus medicorum Oribasius, oriundus ex Sardibus Lydiæ. Sed vulnus omni medicinæ arte superius, Juliano intra triduum vitam ademit, cum Cæsaris quidem dignitatem quinquennio, Augustum autem imperium post mortem Constantii duobus annis ac dimidio gessisset. Et Philostorgius quidem hoc loco scribit, Julianum D haustum sanguinem in solem projecisse, et diis suis

#### EX LIBRO OCTAVO HISTORIÆ.

1. Jovianus imp. — Post obitum Juliani, exer-

dice Samuelis Bocharti scribitur hic locus in hunc modum: τὸ δὲ Περσικὸν ἐπελαύνει κατ' αὐτῶν, etc. quod quidem miror ab Holstenio animadversum non fuisse. Paulo post ubi legitur, πλήττει μὲν αὐτὸν ἐν ἰσχύϊ, idem codex scriptum habet ἐν ἰσχύϊ. Atque ita fere codex Scoriacensis. Ego tamen scribendum puto ἰσχίῳ, id est, *in lumbis*. Ita glossæ veteres exponunt ἰσχίον, lumbi.

(82) Theodorit. l. III, c. 21, 25.

citus postero die Jovianum imperatorem renuntiavit. At ille (neque enim alia ratio expediendæ salutis supererat, cum universus exercitus ad decimam partem redactus esset) tricennales inducias pactus est cum Persis, Nisibi ipsa eis tradita, et castellis, quæcumque propugnaculi instar adversus Persas a Romanis objecta erant ad Armeniam usque. Porro cadaver Juliani, Merobaudes et qui cum illo erant, cum in Ciliciam deportassent, non consulto, sed casu quodam e regione sepulcri in quo Maximini ossa erant condita, deposuerunt, via publica duntaxat loculos eorum a se invicem separante.

2. Euzoius et qui cum illo erant episcopi, libellum quidem pro Aetio (83) ejusque doctrina conscripserunt: operam tamen non dederunt ut res ad exitum perduceretur. Proinde Aetius et Eunomius qui Constantinopoli morabantur, sua negotia per se ipsi administrarunt. Et cum alia pro arbitrio suo constituerant prout ipsis commodissimum videbatur, tum episcopos sibi ordinarunt: ex quorum numero, Candidus quidem et Arrianus Ecclesiis Lydiæ et Ioniæ præpositi sunt. Palæstinæ vero episcopus factus est Theodulus ex episcopo Chæretaporum. Jam vero Constantinopoli (multi enim in ea urbe ab Eudoxio aliisque sectis deficientes, Aetii atque Eunomii adauxerant partem) primum Ecclesiæ suæ episcopum ordinarunt Pæmenium. Quod quidem factum, Eudoxium qui unitatis cum illis iocundæ spem hactenus foverat, prorsus ipsis adversarium reddidit. Pæmenio autem non multo post mortuo, Florentium in ejus locum substituerunt. Lesbi præterea, cum ejus loci episcopus mortuus esset, an-

την, ἀνίστησιν ὁ στρατὸς Ἰωθιανὸν βασιλέα. Ὁ δὲ (οὐ γὰρ ἦν ἄλλως διασωθῆναι, εἰς δέκατον μέρος τῆς ὅλης στρατιᾶς ἀπολεπτυνθείσης) τριακοντούτεις τίθεται πρὸς τὸν Πέρσῃν σπονδᾶς, τῆς τε Νισίβεως αὐτῆς ὑπεκστᾶς, καὶ τῶν φρουρίων ὅσα Ῥωμαίοις ἐπὶ Πέρσας ἄχρι τῆς Ἀρμενίας οἰνοεὶ τεῖχος προὔβλητο. Τὸν δὲ νεκρὸν Ἰουλιανοῦ Μεροβαύδης (α) καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐν Κιλικίᾳ κομίσαντες, οὐ κατὰ πρόνοιαν, κατὰ δὲ τινα περιφορὰν, ἀντικρὺ τοῦ τάφου ὅς τὰ Μαξιμίνου συνεῖχεν ὅστ᾽, κατέθεντο, λεωφόρου μόνης ἀπ' ἀλλήλων τὰς θήκας αὐτῶν διατειχιζούσης.

β'. Ὅτι Εὐζώϊος, φησὶ, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, τὸν μὲν ὑπὲρ Ἀετίου καὶ τοῦ δόγματος τόμον ἐξέθεσαν· οὐ μὴν γε περαίνειν ταῦτα διανέστησαν (84). Διὸ οἱ περὶ Ἀετίου καὶ Εὐνόμιου ἐν Κωνσταντινουπόλει διατρίβοντες, καθ' ἑαυτοὺς ἤδη τῶν πραγμάτων προΐσταντο. Τὰ τε ἄλλα ὡς αὐτοῖς ἐδόκει πρὸς τὸ ἄριστον τιθέμενοι· καὶ δὴ καὶ ἐπισκόπους καθίστασαν· ὧν Κάνδιδος (β) μὲν καὶ Ἀρριανὸς ταῖς κατὰ Λυδίαν καὶ Ἰωνίαν Ἐκκλησίαις ἐφίστανται· Παλαιστίνης δὲ ὁ ἀπὸ Χαιρατόπων Θεόδουλος ἐπεσκόπησεν. Ἐν δὲ Κωνσταντινουπόλει (καὶ γὰρ Εὐδοξίου καὶ τινῶν ἄλλων αἰρέσεων ἀπορρῦεν οὐκ ὀλίγον πλῆθος τὴν περὶ Ἀετίου καὶ Εὐνόμιου μοῖραν ἐπηύξησε) χειροτονοῦσι πρῶτον τῆς καθ' ἑαυτοὺς Ἐκκλησίας, Ποιμένιον ἕνομα. Ὁ καὶ τὸν Εὐδόξιον, μέχρι τότε τὰς πρὸς αὐτοὺς τῆς ἐνώσεως ἐλπίδας ὑποστρέφοντα (85), εἰς τὸ βεβαίως ἀντίπαλον μετεστήσατο. Ποιμενίου δὲ μετ' οὐ πολὺν ἀποθιώσαντος χρόνον, ἀντικαθιστῶσι Φλωρέντιον. Εἰς δὲ τὴν Λέσβον, τοῦ ταύτης ἀποιχομένου ποιμένου, χειροτονοῦσι (86) Θάλλον. Τῇ δὲ πρὸς τῷ

## VALESII ANNOTATIONES.

(83) De Aetio supr. l. vii, c. 5, 6.

(84) Οὐ μὴν γε περαίνειν ταῦτα διανέστησαν. Pessime hunc locum vertit Gothofredus hoc modo: Non ideo tamen suadere hæc, seu ad hæc hortari sustinuisse. Quasi παραινεῖν legeretur. Atqui tum in textu, tum in annotationibus suis, Gothofredus παραινεῖν constanter posuit. Quare non dubito, quin in ms. codice quo usus est, scriptum sit περαίνειν, quomodo habent nostri codices, Scoriacensis videlicet et Bechartianus. Est autem hic hujus loci sensus. Cum Euzoius et Antiochena synodus, regnante Juliano collecta, epistolam synodicam de restitutione Aetii et consortium ejus scripsisset; ob persecutionem Christianorum quæ tunc maxime flagrabat, eum ad Eudoxium et reliquos episcopos mittere supersedit, ut scribit Philostorgius in lib. vii. Post mortem vero Juliani, reddita jam Ecclesiis pace, epistolam quidem illam synodicam ad Eudoxium et ad alios episcopos transmisit, operam tamen non dedit ut res ad exitum perduceretur. Quare Aetius et Eunomius qui tum Constantinopoli morabantur, cum sequitiam Euzoii animad-

verterent, Theophilum Indum miserunt Antiochiam: præcipue quidem eo consilio ut Euzoius urgeret atque excitaret, quo rem illam ad exitum perducere, et synodi suæ sententiam executioni mandare vellet; sin minus, ut Aetianis illic degentibus præesset. Sic enim scribit Philostorgius infra: Ἀφικνεῖται Θεόφιλος ὁ Ἰνδῆς, ἐφ' ᾧ τὸν Εὐζώϊον μὲν κατὰ τὸ προσηγούμενον ἀναστήσαι, εἰς τέλος ἀγαγεῖν τὰ ὑπὲρ Ἀετίου ἐγνωσμένα. Περαινεῖν igitur idem valet quod εἰς τέλος ἀγαγεῖν.

(85) Τῆς ἐνώσεως ἐλπίδας ὑποστρέφοντα. Longe rectius in ms. codice Samuelis Bocharti scribitur ὑποστρέφοντα. Eudoxius enim CP. episcopus, ad id usque temporis spem fecerat Aetio et Eunomio, societatis atque unitatis cum illis ineundæ. Sed postquam vidit Eudoxius, Aetium eo temeritatis erupisse, ut episcopum sectæ suæ Constantinopoli ordinaret, sese ab Aetii partibus penitus abruptit.

(86) Χειροτονοῦσι. Post verbum χειροτονοῦσι asteriscus appositus, quidpiam hic deesse significat. Desideratur autem nomen episcopi quem Aetiani seu Anomæi in insula Lesbo constituerunt. Ejus

## VARIORUM.

(a) Τὸν δὲ νεκρὸν Ἰουλιανοῦ Μεροβαύδης. At Am. Marcellinus id à Procopio factum scribit, lib. xxv, cap. 9: Cum Juliani supremis Procopius mittitur, ea, ut superstes ille mandaverat, humaturus in suburbano Tarsensi in Cilicia. Hoc cæteri omnes historici testantur. Tarsi etiam Maximinus imperator et sævus Christianorum persecutor extinctus est. Eutrop. l. x, Zos. l. ii, p. 677, et Lactant. De mortibus

persecut. cap. 49, quem vid. ap. Euseb. p. 458, not. 2.

(b) Κάνδιδος. De Candido et Arriano mox cap. 4, 6, 7, et lib. ix, cap. 1. Hic est ille Candidus qui scripsit ad Marium Victorinum librum De generatione divina. De Theodulo supra, lib. vii, c. 6, et infra lib. ix, cap. 18. De reliquis item lib. ix, cap. 1, et 18.

μενος, διαπρεσβεύεται πρὸς Θεοδόσιον· ἀπράκτου δὲ τῆς πρεσβείας γεγενημένης, καὶ οἱ πρέσβεις ὕβρισθέντες, ἄλλος ἀλλαγῆ κατὰ τὴν Προποντίδα φυγῆ προετιμήθησαν. Τὴν μὲντοι Πλακιδίαν καὶ τὸν τρίτον Οὐαλεντινιανὸν (μετὰ γὰρ Κωνσταντίνου θάνατον, πρὸς τὸ Βυζάντιον ἀνεκομίσθησαν) ἀποστέλλει πρὸς Θεσσαλονικίην Θεοδόσιον. Κάκει τὴν τοῦ Καίσαρος ἀξίαν τῷ ἀνεψιῷ παρατίθησιν (7), Ἀρδαβουρίῳ τῷ στρατηγῷ, καὶ τῷ τούτου υἱῷ Ἀσπαρι τὴν κατὰ τοῦ τυράννου στρατηγίαν ἐγχειρίσας. Οἱ δὲ καὶ συνεπαγόμενοι Πλακιδίαν τε καὶ Οὐαλεντινιανὸν, καὶ τοὺς τε Παίονας καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς διελάσαντες, τὰς Σάλωνας, πόλιν τῆς Δαλματίας, ἀναιροῦσι κατὰ κράτος (8). Ἐντεῦθεν ὁ μὲν Ἀρδαβούριος νηΐτη στόλῳ κατὰ τοῦ τυράννου χωρεῖ. Ὁ δὲ Ἀσπας τὴν ἰππικὴν δύναμιν συλλαβὼν, καὶ τῷ τάχει τῆς ἐφόδου κλέψας τὰς αἰσθήσεις, τῆς Ἀκυληΐας μεγάλης πόλεως ἐγκρατῆς γίνεται, συνόντων αὐτῷ Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Πλακιδίας. Ἄλλ' ὁ μὲν οὕτω τὴν μεγάλην ἀταλαιπώριον παρεστῆσατο. Τὸν δὲ Ἀρδαβούριον βίαιον ἀπολαβὼν πνεῦμα, σὺν δυσιν ἐτέραις τριήρεσιν εἰς χεῖρας ἄγει τοῦ τυράννου. Ὁ δὲ πρὸς σπονδὰς ἀφορῶν, φιλανθρώπως ἐκέχρητο τῷ Ἀρδαβουρίῳ. Καὶ πολλῆς οὗτος ἀπολαύων τῆς ἀδείας, τοὺς ἀποστρατήγους (a) τοῦ τυράννου (9), ἤδη καὶ αὐτοὺς ὑποκεκνημένους, τὴν ἐπιβουλήν κρατῶναι τὴν κατὰ τοῦ τυράννου· καὶ σημαίνει Ἀσπαρι τῷ παιδί παραγενέσθαι, ὡς ἐπ' ἐτοίμῳ τῷ κατορθώματι. Τοῦ δὲ θάπτον σὺν τῷ ἰππότη στρατῷ παραγεγονότος, καὶ μάχης τινὸς συρράγεις, συλλαμβάνεται ὁ Ἰωάννης τῆ τῶν ἀμφ' αὐτὸν προδοσίᾳ, καὶ πρὸς Πλακιδίαν καὶ Οὐαλεντινιανὸν εἰς Ἀκυληΐαν ἐκπέμπεται· κάκει τὴν δεξιὰν προδιατμηθεὶς (10), εἶτα καὶ τῆς κεφαλῆς ἀποτέμνεται, ἕνα τυραννήσας ἐπὶ τῷ ἡμίσει ἐνιαυτῷ. Τότε καὶ βασιλέα ὁ Θεοδόσιος τὸν Οὐαλεντινιανὸν ἀποστείλας ἀναγορεύει.

ιδ'. Ὅτι Ἀέτιος ὁ ὑποστράτηγος Ἰωάννου τοῦ τυράννου, μετὰ τρεῖς ἡμέρας τῆς ἐκείνου τελευτῆς, βαρβάρους ἄγων μισθωτοὺς εἰς ἕ' χιλιάδας παραγίνεσθαι· καὶ συμπλοκῆς αὐτοῦ τε καὶ τῶν περὶ τὸν Ἀσπαρα γεγενημένης, φόνος ἐκατέρωθεν ἐβρόύη πολὺς. Ἐπειτα σπονδὰς ὁ Ἀέτιος τίθεται πρὸς Πλακιδίαν καὶ Οὐαλεντινιανὸν, καὶ τὴν τοῦ κόμητος ἀξίαν λαμβάνει· καὶ οἱ βάρβαροι χρυσίῳ καταθέμενοι τὴν

A aquæ intereulis morbo interiit. Joannes vero cum tyrannidem arripuisset, legationem misit ad Theodosium; sed re infecta, legati insuper contumelia affecti, alius alio per Propontidem relegati sunt. Placidiam vero et Valentinianum tertium, qui post obitum Honorii Byzantium profugerant, Theodosius Thessalonicam misit. Illic patrueli suo Cæsaris dignitatem concessit, et Ardaburio magistro militum ejusque filio Aspari, belli adversus tyrannum administrationem commisit. Ii Placidiam et Valentinianum secum ducentes, cum Pannoniam et Illyricum pertransissent, Salonas urbem Dalmatiæ vi ceperunt. Post hæc Ardaburius quidem cum navaliibus copiis contra tyrannum profectus est. Aspar vero, assumptis secum equestribus copiis, et impressionis inopinæ celeritate suspicionem præveniens, Aquileiam urbem maximam occupavit, Placidia et Valentiniano ipsum comitantibus. Et hic quidem maximam civitatem absque ullo negotio cepit. Ardaburium vero violentus quidam ventus excipiens, una cum duabus triremibus in manus tyranni detulit. Ille de fœdere ineundo cogitans, Ardaburium humaniter excepit. Qui cum maxima libertate frueretur, ductores tyranni, qui jam ad defectionem propensi erant, contra tyrannum animavit. Simul Aspari filio per litteras significavit, ut tanquam ad paratam victoriam adesset. Qui cum celeriter adventasset una cum equestribus copiis, conserto levi prælio captus est Joannes, proditione eorum qui circa ipsum erant, et Aquileiam ad Placidiam et Valentinianum deducitur. Illic dextra manu prius amputata, postea etiam capite truncatus est, cum per unum ac dimidium annum tyrannidem exercuisset. Tum vero Theodosius Valentinianum Romanam missum, imperatorem renuntiavit.

14. *Aetius comes factus.* — Aetius unus ex ducibus Joannis tyranni, tertio post ejus obitum die supervenit, barbaros adducens mercede conductos, ad sexaginta fere hominum millia; commissoque inter ipsum et Asparis exercitum prælio, multi ex utraque parte ceciderunt. Posthæc Aetius fœdus inivit cum Placidia et Valentiniano, et comitis dignitatem accepit; barbari vero auro accepto, iram atque ar-

## VALESH ANNOTATIONES.

(7) Τῷ ἀνεψιῷ παρατίθησιν. Scribendum est περιτίθησιν. Quem errorem jam supra non semel castigavi.

(8) Σάλωνας... ἀναιροῦσι κατὰ κράτος. Manuscripti quidem codices nihil variant. Nihilominus tamen scribendum est αἰροῦσι, quemadmodum legitur apud Nicephorum in lib. xiv, c. 7.

(9) Τοὺς ἀποστρατήγους τοῦ τυράννου. Gothofredus interpretatur exauctoratos a tyranno. Quod nullo modo probare possum. Neque enim Philostorgius hic loquitur de iis quos tyrannus exauctorave-

rat; sed de ducibus qui sub illo militabant. Adde quod ἀποστράτηγος Græce non dicitur. Proinde non dubito quin scribendum sit hoc loco ὑποστρατήγους. In manuscripto codice Bocharti legitur ἀποστρατήγους accentu in ultima. Et in margine ascriptum est eadem manu, ἴσως ὑποστρατηγούς.

(10) Τῆρ... προδιατμηθεὶς. Apud Nicephorum hic locus ita legitur, τὴν χεῖρα πρῶτον διατμηθεὶς, etc. In ms. codice Samuelis Bocharti ad marginem ita ascriptum inveni: *Deest vocabulum, forte γλῶτταν.*

## VARIORUM.

(a) Ὑποστρατήγους. Deest vox ad sensum perficiendum. *W. Lowth.*

na deposuerunt, et obsidibus datis fideque vicissim accepta in proprias sedes reversi sunt.

Α ὀργὴν καὶ τὰ ὄπλα, ὁμήρους τε δόντας, καὶ τὰ πιστὰ λαβόντες, εἰς τὰ οἰκεῖα ἤθη (a) ἀπεχώρησαν.

*Finis excerptorum Ecclesiasticæ Historiæ Philostorgii.*

Τέλος τῶν ἐκλογῶν τοῦ παρόντος βιβλίου τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Φιλοστοργίου.

(a) *Eis τὰ οἰκεῖα ἤθη.* Videtur legendum ἔθνη. W. Lowth.

## SUPPLEMENTA PHILOSTORGIANA.

*De Josepho, Phlegonte et Dione, ex Suida in voce Φλέγων.*

Philostorgius ait ea, quæ circa Judæos acciderunt, pluribus et copiosius exsecutum esse Justum; Phlegontem vero et Dionem breviter meminisse, eaque velut obiter *Historiæ* suæ indidisse. Cæterum eorum quæ ad pietatem aliasque virtutes ducunt, neque ille curam ullo modo gessisse dignoscitur, quemadmodum neque hi. Contra vero Josephus et reformidanti similis est caventique, ne Græcos offendat.

Β Τούτου Φλέγωνος φησι Φιλοστοργίος Ἰουστον (11) τὰ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους συμπεσόντα διὰ πλείονος ἐπεξέλθειν τοῦ πλάτους· Φλέγωνος καὶ Δίωνος βραχέως ἐπιμνησθέντων, καὶ παρενθήκην αὐτὰ τοῦ ἰδίου λόγου ποιησαμένων. Ἐπεὶ τῶν γε εἰς εὐσέθειαν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἐκκόντων, οὐδ' ὅτι οὖν οὐδ' οὗτος δείκνυται παφροντικῶς, ὅνπερ οὐδ' ἐκείνοι τρόπον. Τοῦναντίον μὲν οὖν ὁ Ἰώσηπος, καὶ δεδοικῶσι ἔοικε καὶ εὐλαβουμένῳ ὡς μὴ προσκρούσειεν Ἕλλησι.

*De Eusebio Nicomediensi, et Theophilo Indo. Ex uno e sex prioribus libris, referente Photio in Biblioth. n. 40.*

Quod vero ad miracula attinet vitamque, Eusebium Nicomediæ (quem et Magnum appellat) et Theophilum Indum, aliosque plures extollit.

Ἐν ταραστίοις δὲ καὶ βίῳ Εὐσέβιον τῆς Νικομηδείας, ὃν καὶ μέγαν ἀποκαλεῖ, καὶ Θεόφιλον τὸν Ἰνδὸν καὶ ἄλλους πλείονας ἐξαίρει.

*De his qui ab Ario steterunt in synodo Nicæna, ex Niceta in Thesaurο orthodoxæ fidei, lib. v, cap. 7 in fine.*

Cæterum (ut Philostorgius primo *Historiæ* suæ libro auctor est) ab Ario in synodo Nicæna steterunt hi, quorum nomina subsequuntur episcopi: ex superiore quidem Libya Sentianus Borcei, Pachius Beronices, Secundus Theuchirorum, Zopyrus Barces, Secundus alius Ptolemaidis, Theon Marmaricæ; ex Thebis Ægyptiis Melitius; ex Palæstina Patrophilus Seythopoleos, Eusebius Casariensis, qui Pamphili dictus est; ex Phœnicia Paulinus Tyri, Amphion Sigedonis; ex Cilicia Narcissus Irenopoleos, Athanasius Anazarhi, Tarcodimatus Ægon; ex Cappadocia Leontius, Longianus et Eulalius; ex Ponto, Basilus Amasiæ, Melitius Sebastopoleos; ex Bithynia, Theognis Nicææ, Maris Chalcedoniæ, Eusebius Nicomediæ, Magnus quidem cognomine, qui Luciano martyri familiaris fuerat, miraculisque clarus, ut qui vel maxime: ex quo etiam Magni cognomen adeptus erat.

*De subscriptionum varietate in concilio Nicæno, ex Niceta in Thesaurο orthodoxæ fidei, lib. v, c. 8.*

Philostorgius, sub finem libri primi, auctor est, eorum qui Nicænæ fidei subscripserant, alios quidem e chirographorum suorum regione ὁμοουσίου dictionem ascripsisse, alios vero ab Eusebio instructos blasphemam ὁμοουσίου vocem loco ὁμοουσίου supposuisse, præter Secundum et Theonam, qui etiam una cum Ario ejusque presbyteris in Illyricum relegati sunt.

*De Pœnitentia quorundam Arianorum, quod concilio Nicæno subscripsissent: quod refert Nicetas in Thesaurο orthodoxæ fidei, lib. v, c. 8.*

Philostorgius initio libri secundi, scribit Eusebium, Theognin et Marin, eorum quæ subscripserant pœnitentia ductos ad imperatorem venisse, hisque apud eum verbis usos: *Iniqui, imperator, in eo fuimus,*

### VALESI ANNOTATIONES.

(11) Ἰουστον. Ita correxi ex conjectura. Nam in *Lexico* Suidæ, ex quo hic Philostorgii locus descriptus est, hodie legitur δσον. Certe scriptoris historici nomen prorsus hic desideratur. Aut igitur Justus nomen hic substituendum est, aut Josepi. Quæ sequuntur Philostorgii verba, id potius suadere nobis videntur, ut Josepi nomen substituamus. Sequitur enim, Τοῦναντίον μὲν οὖν ὁ Ἰώσηπος, etc. Ex quibus verbis colligitur, paulo antea sermonem fuisse de

C Josepo. Eligat itaque studiosus lector utrum voluerit. Porro hoc fragmentum Philostorgii depreptum est ex præmio ejus *Historiarum*. Quo in loco Philostorgius scriptores omnes historiæ sacræ commemorabat. Ac primo quidem Mosem, deinde scriptorem historiæ Machabæorum recensebat: postremo loco Justum ac Josepum rerum Judaicarum scriptores referebat.

quod tui metu percussi impietati subscripserimus. Ex quo factum sit, ut imperator exandescens eos in Galatias seu Gallias occidentales relegarit, et Arianos sua quemque patria excedere jusserit.

*De Paulino ep. Antiocheno facto : quod refert Nicetas in Thesouro orthodox. fid., lib. v, c. 9.*

Solus Philostorgius libro *Historiarum* secundo, Paulinum Tyro Antiochiam translatum (in locum Eusathii) auctor est.

*De Aetio et Eunomio, ex uno e sex prioribus ejus libris, referente Photio in Biblioth. n. 40.*

Ἐξαίρει δὲ ἐν μὲν λόγοις μάλιστα Ἀέτιον καὶ Εὐ- A νόμιον, μόνους ἀνακαθάσαι τὰ τῆς εὐσεβείας δόγμα-  
τα τῷ χρόνῳ συγκεχωσμένα τερατευόμενος. Extollit vero in sermonibus maxime Aetium et Eunomium, falso asserens, eos solos repurgasse pietatis dogmata tempore contaminata.

*De Acacio Cæsareæ Pal. ep., apud Photium in Biblioth. n. 40.*

Κατηγορεῖ δὲ Ἀκακίου μάλιστα τοῦ Καισαρείας τῆς κατὰ Παλαιστίνην ἐπισκοπήσαντος δεινότητά τε ἀνυπέροβητον καὶ κακουργίαν ἄμαχον, μεθ' ὧν καὶ πάντων φησὶ κατισχύσαι τῶν τε ὁμοφρόνων δοκούντων, εἰς ἔχθραν δὲ τινα καταστάντων, καὶ τῶν τάναντία θρησκευόντων. Reprehendit vero Acacii maxime Cæsareæ Palæstinæ episcopi vim dicendi intolerabilem et versutiam inexpugnabilem, quibus cum artibus oppressisso ait præ omnibus tam eos qui idem sentire viderentur, odio tamen quodam divisos, quam contraria in religione sentientes.

*De Aetio, ex Photii Biblioth. n. 40.*

Ἱστορεῖ δὲ ἀπὸ τῆς Ἀρείου περὶ τὴν αἵρεσιν σπου- B δῆς τε καὶ κατάρξεως, μέχρι τῆς Ἀετίου τοῦ δυσσεβαστάτου ἀνακλήσεως. Οὗτος δὲ ὁ Ἀέτιος παρ' αὐτῶν μὲν τῶν συναιρεσιωτῶν, διὰ τὸ κακείνους ὑπερβάλλεσθαι τῇ δυσσεβείᾳ, ὡς αὐτὸς οὗτος καὶ μὴ βουλόμενος ἱστορεῖ, τῆς διακονίας καθηρέθη ὑπὸ δὲ τοῦ δυσσεβαστάτου Ἰουλιανοῦ ἀνεκλήθη τε καὶ φιλοφρόνως ἐδεξιώθη. Narrandi porro initium fecit ab Arii in hæresin studio et initio, ad Aetii impiissimi revocationem usque. Hic vero Aetius a cohæreticis ipsis, quod ipsos impietate superaret, ut hic ipsemet etiam invitatus narrat, diaconatu submotus; ab impiissimo vero Juliano revocatus et humanissime exceptus fuit.

*De Basilio, ex Photii Biblioth. n. 40.*

Βασιλείου δὲ τοῦ μεγάλου ἐπεχείρησεν ὑφάναι μῶ- Β μόν, δι' οὗ λαμπρότερον ἔδειξε. Τὴν μὲν γὰρ ἰσχὺν καὶ τὸ κάλλος τῆς ἐν τοῖς πανηγύρεσιν ὁμιλίας ὑπ' αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἐνεργείας ἐδιάσθη συμφθέγγασθαι. Θρασὺν δ' αὐτὸν ὁ δεῖλαιος ἀποκαλεῖ, καὶ ἀντιλογικῶν λόγων ἄπειρον, ὅτι, φησὶν, ἀπετόλ- C μησεν Εὐνομίου ταῖς συγγραφαῖς ἀντιτάξασθαι. Basilio vero Magno calumniam texere ausus est qua illustriorem eum reddidit. Vim enim et venustatem sermonis in concionibus, ipsa rei evidentia fateri coactus est. Temerarium tamen ipsum homo futilis appellat, nec in refutando exercitatum, eo quod, ut ait, Eunomii libris respondere ausus est.

*De Leontio ep. Tripolis, apud Suidam in Λεόντιος.*

Τὸν τοιοῦτον Λεόντιον προσεταιρίζεται ὁ κακὸς φρων Φιλοστόργιος ἐν τῇ βίβλῳ ἀντὶ τοῦ, ὡς ὁμόφρονα τῆς Ἀρειανικῆς αὐτοῦ κακοφροσύνης. Hunc vero Leontium sibi vindicat improbus Philostorgius in libro . . . velut consentientem Arianae suæ improbitati.

*De Jordane, et de Pancade, quod habet Joannes Antiochensis* Περὶ ἀρχαιολογίας ἀπὸ τῆς ἱστορίας Φιλοστοργίου.

Ἐπ' ἐσχάτοις τῆς Παλαιστίνης τέρασσι, μεθ' ἣν ἡ τῶν Φοινίκων ἐκδέχεται, καίτοι πόλις Δάν ὀνομα- D σθείσα πρότερον ἐκ τῆς τοῦ Δάν φυλῆς, ὀπηνίκα χρόνον ἐπ' οὐκ ὀλίγον οὗτοι δὲ μόνου τοῦ παντὸς ἔθνους πλανώμενοι, τελευταῖον τὰ ταύτη κατασχόντες χωρία, μόγις ἰδρύνθησαν, καὶ πόλιν ἐπὶ τοῖς ἄκροις αὐτῶν ὄρεσι δειμάμενοι, τὴν τοῦ φυλάρχου σφῶν ἐπέθηκαν κλήσιν. Καὶ τοῦτο ἦν τῆς Ἰουδαίας ὁ ἐσχατος πρὸς Φοινίκαν ὄρος. Ταύτην χρόνῳ ὕστερον Ἡρώδης ὁ μέγας οἰκοδομήσας, Καισάρειαν Φιλίππου μετωνόμασε ἄνδρα δὲ Πανεύς ἐστὶ καλουμένη. Τὸ γὰρ Πανεύς ἐν ταύτῃ βρέτας στησάμενοι, εἰς τοῦτο τὴν τῆς πόλεως ἔτριψαν προσηγορίαν. Ἐν ταύτῃ τῇ Πανεύδι τῶν τοῦ Ἰορδάνου πηγῶν ἡ ἑτέρα τίκτεται, δυαῖν οὐσῶν, Δάν ἐκ τοῦ παλαιοῦ ὀνόματος ἐστὶ καὶ νῦν ὀνομαζομένη ἡ τῆς γὰρ ἑτέρας, ἦτις Ἰὸρ ἐπικαλεῖται, πόρ- Ad extremos Palæstinæ fines, postquam Phœnicia excipit, sita est urbs quæ Dan γρίας vocabatur de tribu Dan : quo tempore eoque haud parvo hi soli totius gentis errantes, tandem locis illis occupatis vix et ægre consederunt, urbemque ad extremos eorum fines ædificantes, Phylarchi ipsorum nomen indiderunt. Hicque ultimus erat Judææ Phœniciam versus terminus. Hanc cum Herodes Magnus posterioribus temporibus ædificasset, mutato nomine Cæsaream Philippi vocavit ; nunc vero Pancas vocatur. Cum enim Panis in ea simulacrum positum fuisset, nomen istud urbs illa accepit. In hac Pancade alter e duobus Jordanis fontibus oritur (duo enim fontes sunt) qui Dan etiamnum ex veteri nomine vocatur ; alterum vero qui Jor nominatur, procul ab illo stadiis circiter 160, collis quidam ex

eodem monte profundit. Ex utroque horum effunditur fluvius hic quidem Jorates, sicut ille Danites vocatur. Qui per montem delati, ubi in plana descenderint, inde jam confluent, maximumque fluvium efficiunt Jordanem. Qui exinde et aquas et nomen utriusque in unum commiscens, per lacum Tiberiadis transit, medium eum secans, perque totum eum proprio alveo fluens, quoad usque ad oppositam continentem perveniat; sibi ipsi æqualis semper æ similis. Inde jam per Palestinam labens, totus in mare quod Mortuum dicitur illapsus extinguitur.

Ἄρθρον αὐτῆς ὡς ἀπὸ σταδίων ρζ' κολωνός τις τοῦ αὐτοῦ προΐησιν ἕρους. Ὡν ἐξ ἑκατέρας (12) προχέεται ποταμός, ὁ μὲν Ἰοράτης, ὁ δὲ Δανίτης ἐπικαλούμενος· οἱ δὲ διὰ τοῦ ἕρους ἐνεχθέντες ἐπειδὴ καταβαῖεν εἰς τὸ πεδίον, ἐνταῦθα ἤδη ξυνίασιν, καὶ ἓνα μέγιστον ἀποτελοῦσι ποταμὸν, τὸν Ἰορδάνην. Ἐν ταυτῷ ἤδη τὸ τε βεῦμα καὶ τὴν προσηγορίαν κινάμενος, τὴν τῆς Τιβεριάδος διέξεισι λίμνην, μέσην τέμνων αὐτὴν, καὶ δι' ὅλης αὐτῆς ἐν τῷ οἰκείῳ ὀλίῳ βέδμενος (13) μέχρις ἂν ἐπὶ τὴν κατέναντι ἐκπεράσσει γῆν, ἴσοι αὐτὸς ἐκυτῷ καὶ παραπλήσιος ὢν· κἀνταῦθα θάλασσαν.

De Apollinario, Basilio, et Gregorio Nazianzeno, quod ipsissimis Philostorgii verbis recitatis habet Suidas tribus locis, in v. Ἀπολλινάριος, Βασίλειος, Γρηγόριος.

Apollinarius enim illis temporibus floruit Laodiceæ Syriæ, et Basilius Cæsareæ Cappadociæ, et Gregorius Nazianzi : est vero locus hic statio ejusdem Cappadociæ. Tres vero viri isti tunc homouision propugnabant, adversus heterouision, longe superantes omnes qui prius, quique deinceps ad meam ætatem usque illi hæresi præfuerunt; adeo ut præ his Athanasius puer judicaretur : nam et in eo doctrinæ genere quod externum (seu profanum) dicitur, plurimum hi profecerant : et sacrarum Scripturarum, quæcunque ad lectionem et promptam memoriam conferebant, magnam notitiam habebant, et inter eos maxime Apollinarius : hic enim Hebraicam etiam linguam intelligere poterat. Quin et unusquisque eorum in suo singuli genere plurimum stylo valebant : Apollinarius scilicet dicendi genere quod commentationibus est aptissimum, longe præstabat; Basilius vero in genere panegyrico splendidissimus erat. At Gregorii cum utroque comparati oratio, sublimiorem in scripture locum obtinuit. Etenim Apollinario erat uberior in dicendo, Basilio vero gravior. Cum autem isti tanta dicendi et scribendi et facultate præditi essent, non minus etiam mores præ se tulerunt ad alliciendam ad sui spectaculum multitudinem aptos : adeo ut eos a quibus conspicerentur, et apud quos verba facerent, et quæcunque scripta ederent, omnino pertraherent in sui communionem, quotquot quavis istarum rationum facile capi poterant.

Ἀπολλινάριος γὰρ ἤκμαζε κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐν τῇ Λαοδικείᾳ τῆς Συρίας, καὶ Βασίλειος ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας, καὶ Γρηγόριος ἐν τῇ Ναζιανζῷ· σταθμὸς δὲ οὗτος ὁ τόπος ἐστὶ τῆς αὐτῆς Καππαδοκίας. Τρεῖς δὲ οὗτοι ἄνδρες τότε τοῦ ὁμοουσιῶν προδράχον κατὰ τοῦ ἑτεροουσιῶν, μακρῶ πάντα παρενεγκόντες τοὺς πρότερον καὶ ὕστερον ἄλλοις ἐμοῦ τῆς αἰρέσεως προστάνας· ὡς παῖδα παρ' αὐτοῖς κριθῆναι τὸν Ἀθανάσιον. Τῆς τε γὰρ ἐξωθεν καλουμένης παιδείσεως ἐπὶ πλείστον οὗτοι προεληλυθισαν, καὶ τῶν ἱερῶν Γραφῶν ὅποσα εἰς ἀνάγνωσιν καὶ τὴν πρόχειρον μνήμην ἐτέλει, πολλὴν εἶχον τὴν ἐμπειρίαν· καὶ μάλιστα γὰρ αὐτῶν ὁ Ἀπολλινάριος· οὗτος γὰρ δὴ καὶ τῆς Ἑβραϊδος διαλέκτου ἐπαίειν οἶός τε ἦν. Καὶ μὴν καὶ συγγράφειν ἕκαστος ἐς τὸν αὐτοῦ τρόπον ἦν ἰκανώτατος· τῷ μὲν γὰρ Ἀπολλινάριῳ τὸ ὑπομνηματικὸν εἶδος τῆς λέξεως, μακρῶ ἄριστα εἶχε· Βασίλειος δὲ πανηγυρίσαι λαμπρότατος ἦν. Τῷ δὲ γὰρ Γρηγορίῳ, καὶ παρ' ἀμφοτέροις ἐξεταζομένῳ, μείζω βάσιν εἰς συγγραφὴν εἶχεν ὁ λόγος. Καὶ ἦν εἰπεῖν Ἀπολλινάριου μὲν ἀδρότερος, Βασιλείου δὲ σταθερώτερος. Τοσαύτης δὲ αὐτοῖς ἐν τῷ λέγειν καὶ γράφειν δυνάμειος οὔσης, καὶ τὸ ἦθος οὐδὲν ἦττον οἱ ἄνδρες παρείχοντο πρὸς τὴν τῶν πολλῶν θεῶν ἐπαγωγότατον· ὥστε καὶ οἷς ὠρῶντο, καὶ οἷς ἔλεγον, καὶ ὅποσα γράφοντες διεδίδουσαν, διὰ πάντων ἤρουν εἰς τὴν ἑαυτῶν κοινωνίαν τοὺς καθ' ὅτιον αὐτῶν εὐχερέστερον ἀλίσκεσθαι δυναμένους.

#### VALESH ANNOTATIONES.

(12) Ὡν ἐξ ἑκατέρας. Pessime hunc locum Joannis Antiocheni verterat Jacobus Gothofredus : ejus nos versionem hoc loco emendavimus. Sic enim interpretatus est : *E quo utrinque effunditur fluvius; cum vertendum esset, ex utroque horum fontium profluit amnis : alter Jorates, alter Danites dictus.* Non animadvertit scilicet Gothofredus subaudien-

dum hic esse nomen πηγῶν.

(13) Ἐν τῷ... ὀρκωβέδμενος. Unius litteræ mutatione locum hunc sanavi hoc modo : τῷ οἰκείῳ ὀλίῳ. Emendationem nostram confirmant Suidas et Hesychius, qui ὀλκὸν viam et tractum seu impetum fluminis significare scribunt. Facessat igitur conjectura Gothofredi.

## FRAGMENTA PHILOSTORGHII.

Ex Suida in voce Ἀγαπητός.

Ἀγαπητός ἐπίσκοπος Συναδῶν, ὃν ἐν ἐπαινῶ πολλῶν A τίθεται Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου (14), καὶ θαυμάτων αὐτοῦ ἐξαισίῳ μνήμην ποιεῖται, ὁρῶν μεταστάσεις καὶ ποταμῶν, καὶ νεκρῶν ἐγέρσεις· καὶ ὅτι στρατιώτην ὄντα ἐβουλήθη Μαξιμῖνος ὡς Χριστιανὸν ἀποκτεῖναι, διὰ τὸ πυνθάνεσθαι πολλοὺς τὰ παρ' αὐτοῦ τελούμενα ὑπεραγαμένους.

Agapetus Synadorum episcopus, quem multis laudibus exornat Eusebius Pamphili, et miracula ejus inusitata commemorat atque insolita; montes ac fluvios alium in locum translatos, mortuos ad vitam suscitatos. Ait etiam imperatorem Maximinum, cum adhuc militem, utpote Christianum, interficere voluisse, propterea quod comperisset multos, operum quæ ab Agapeto fiebant admiratione captos, relicto gentilium cultu ad Christianam fidem transire (15).

Ex Suida in voce Ἀέτιος.

Ἀέτιος ἐξ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, διδάσκαλος Εὐνομίου, ἀπὸ πενιχρῶν καὶ εὐτελῶν γονέων τυγχάνων. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ τῶν ἐν στρατιᾷ δυσπραγέστερος ἐννευγμένων γενόμενος, ἐτεθνήκει κομιδῇ καὶ τούτου ἀφείς. Αὐτὸς δὲ εἰς ἔσχατον ἀπορίας ἦκων, B ἐπὶ χρυσοχοίαν ἐχώρησεν, ἀκρότατός τε ἐγένετο. Ἐπεὶ δὲ ἡ φύσις αὐτοῦ μειζόνων ὠρέγετο μαθημάτων, πρὸς λογικὰς θεωρίας ἐτράπετο. Καὶ ὅττα σιγγίνεται Παυλίνῳ, ἀρτίως ἀπὸ Τύρου εἰς Ἀντιόχειαν ἀφικομένῳ ἔτι κατὰ τοὺς Κωνσταντινίου χρόνους. Τούτου ἠχρῶσθε, πολλὴν ἐπεικῶς φαίνων τῆς ἀσεθείας τὴν ῥώμην (a) εἰς τὰς πρὸς τοὺς διαφορουμένους ζητήσεις· καὶ οὐχ ὑπόστατος ἦδη τοῖς πολλοῖς ἦν. Ἐπεὶ δὲ Παυλῖνος ἐτεθνήκει, Εὐλαλίου τρίτου καὶ εἰκοστοῦ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἔχοντος τὸν θρόνον, πολλοὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀετίου ἐλεγχόμενων, δεινὴν ποιησάμενοι πρὸς ἀνδρὸς δημιουργοῦ καὶ νέου κατὰ κράτος ἐλαύνεσθαι, συστάντες ἐξήλασαν αὐτὸν τῆς Ἀντιοχείας. Ἐξελαθεὶς δὲ εἰς Ἀνάζαρθον ἀφικνεῖται. C Ὁ δὲ, ἦδη τάχιστα δυνάμειος πάσης πιπλάμενος, μεζζους ἀεὶ τῶν διδομένων ἀφορμῶν εἰσέφερε τοὺς καρπούς. Ὁ δὲ οὐδὲν ἐπαύετο, τοὺς μὲν διελέγων, φαύλῳ δὲ ἀμπισχόμενος, καὶ ὡς ἔτυχε ζῶν.

Interim vero reprehendere alios et confutare non desistebat; ipse vili pallio tectus, et tenui ac pauperino utens victu (16).

Ex Suida in voce Αὐξέντιος.

Αὐξέντιος Μοψουεστίας ἐπίσκοπος· ὃς ἦν τῶν ὁμολογητῶν ἱνομαζομένων. Ἦν δὲ ἐκ τῶν ἐπιφανῶς τῷ βασιλεῖ Λικινίῳ στρατευσαμένων, τῶν ὑπογραφέων τούτου γενόμενος, ὃς δὲ Νοταρίους Ῥωμαῖοι κα-

Auxentius episcopus Mopsuestiæ, unus ex confessoribus. Fuit hic ex numero eorum qui in palatio imperatoris Licinii splendide militabant, ejus scilicet exceptor quos Romani notarios vocant.

## VALESHI ANNOTATIONES.

(14) Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου. Hic memoriæ vitio lapsus est Suidas, qui Eusebium posuit pro Philostorgio. Agapeti enim Synadorum episcopi in *Historia ecclesiastica* nusquam meminit Eusebius Cæsariensis. Ejus autem mentionem facit Philostor-

gius in libro II, capite 2, ubi eadem fere leguntur quæ apud Suidam.

(15) Vide Philost. lib. II, in cap. 2.

(16) Vide Philost. lib. III, cap. 15.

## VARIORUM.

(a) Πολλὴν — τῆς ἀσεθείας τὴν ῥώμην. Vertendum, non mediocrem impietatis vim. W. Lowth.



Porro ejus confessio hujusmodi fuit. In quodam atrio imperialis palatii erat fons, et supra fontem Bacchi statua, et magna circumquaque vitis quæ universum illum locum tectum atque opacum efficiebat. Eo cum Licinius avocandi animi causa venisset, tum Auxentio ipso, tum aliis pluribus ex ejus palatio ipsum sectantibus; in vitem oculos conjiciens, uvam quamdam conspexit inusitatae magnitudinis ac venustatis, ex palmitibus dependentem. Hanc Auxentio jussit ut abscinderet. Ille statim arrepto cultro quem feminalibus appensum gestabat, uvam exsecuit nihil suspicatus. Tunc Licinius ad eum conversus: Pone, inquit, hanc uvam ad pedes Bacchi. Ad hæc Auxentius: Nequaquam, o imperator, respondit; Christianus enim sum. Quo audito, Licinius dixit: Abi igitur solutus militia; duorum enim alterum abs te fieri necesse est. Tum vero Auxentius nihil cunctatus balteum deposuit, atque ut erat discinctus, libenti animo e palatio excessit. Nec multo post episcopi eum Mopsuestiæ antistitem ordinarunt. Hujus frater natu minor fuit Theodorus, vir qui Athenis rhetoricam didicerat. Qui quidem et ipse postea episcopatum Tarsensem sortitus est. Etenim Aetius cum antea ipse per se, et Eunomium ipsum et alios qui majoris meriti erant, docere solitus esset, postquam Eunomium ad docendi munus promovit, cum deinceps magistrum pro se ac doctorem esse voluit, tum aliorum, tum eorum præcipue qui perfectiore doctrina et institutione indigebant; nam ipse quidem ad principia atque elementa aliis tradenda præstantissimus erat. Eunomius vero ad elementa quæ tradita fuerant, excelanda ac promovenda, et ad interpretandum perspicue simul atque magnifice, longe illo præstantior habebatur (17).

Ex Suida in voce Εὐδόξιος.

Eudoxius episcopus Antiochiæ, ex Arabisso minoris Armeniæ oppido oriundus. Pater ejus Cæsarius, Maximino imperium administrante, martyrii coronam reportaverat, licet prius voluptatibus addictior visus fuisset. Verum prioris vitæ maculas martyrii sui cruore studuit eluere. Nam cum utrumque ei pedem sex maximis clavis carnifices transfixissent, cum in rogam conjecerunt; sed quoniam ad ignem properans confestim exspiraverat, cadaver ejus semiestum adhuc et integrum propinqui cum e rogo sustulissent, in agro quodam qui Subel dicitur deposuerunt (18).

VALESH ANNOTATIONES.

(17) Vide Philost. in lib. v, cap. 2.

(18) Vid. Philost. lib. iv, c. 4.

(19) *Kai autên oi êφοροι.* Hoc insigne fragmentum, ex Philostorgii *Historia* descriptum esse, multis argumentis convinci potest. Nam et locutio plane Philostorgium redolet: verbi gratia, *êφοροι* hoc loco dicuntur episcopi. Quod quidem alibi quam apud Philostorgium difficile reperias. Præterea quæ sub finem adiuntur de Aetio et de Eunomio, perspicue indicant fragmenti hujus auctorem esse Philostorgium. Quis enim alius hæreticorum illorum doctes ac laudes tam ambitiose commemoraret?

(20) *Τὸν τε Εὐδόξιον αὐτόν.* Procul dubio sci-

λοῦσι. Τὸ δὲ τῆς ὁμολογίας τοιόνδε γέγονεν εἶδος· Ἦν ἐν τινι τῆς βασιλικῆς ἐστίας αὐλῆ κρήνη τε ὕδατος, καὶ ἐπ' αὐτῇ Διονύσου ἔγαλμα, καὶ ἄμπελος μεγάλη περιχειμένη, καὶ σκιερὸν ἐπιεικῶς καὶ συντηροῦν τὸν ἅπαντα τόπον ἐργαζομένη. Ἐνταῦθα ὁ Λικίνιος κατὰ πρόφατιν ἀπαγωγῆς ἀφικόμενος, τοῦ τε Αὐξεντίου αὐτῷ καὶ ἄλλων πολλῶν ἐκ τῆς θεραπείας παρεπομένων, εἰς τὴν ἄμπελον ἀνιδῶν, ἐθεάσατο βότρυον ὠραῖόν τινα καὶ μέγαν, τῶν κλημάτων ἀπαιωρούμενον. Τοῦτον προσέταξε τῷ Αὐξεντίῳ τεμεῖν. Ὁ δὲ αὐτίκα, τὸ προσηρημένον ταῖς ἀναξυρίσιν αὐτοῦ μαχαίριον ἀφελόμενος, ἔτεμε μηδὲν ὑπειδόμενος. Ὁ οὖν Λικίνιος πρὸς αὐτόν, Θεὸς τοίνυν τὸν βότρυον, ἔφη, πρὸς ταῖς τοῦ Διονύσου ποσίν. Ὁ δὲ, Μὴ, ὦ βασιλεῦ, ἀπεκρίνατο· Χριστιανὸς γάρ εἰμι. Κάκεινος· Οὐκοῦν ἐκποδῶν οἰχῆσθαι τῆς στρατείας ἀπαυσαμένος· θάτερον γὰρ τοῖν δυοῖν ἀνάγκη ποιεῖν. Ὁ δὲ μηδὲν μελλήσας τὴν τε ζώνην ἑαυτοῦ λύεται, καὶ ἄσμενος ἐξεχώρησεν ὡς εἶχε τῶν βασιλείων. Καὶ αὐτὸν οἱ ἔφοροι (19) μετὰ τινα χρόνον ὕστερον ἐπίσκοπον ἐστήσαντο τῆς Μοψουεστίας. Τοῦτου δὲ ἀδελφὸς νεώτερος Θεόδωρος ἦν, ἀνὴρ τῶν Ἀθήνησι παιδευθέντων. Ὁς καὶ αὐτὸς χρόνον ὕστερον ἐπίσκοπὸν τῆς Ταρσοῦ ἐκκλησίας ἔτυχε κληρωσάμενος. Ὁ γὰρ δὴ Ἀέτιος πρῶτα δι' ἑαυτοῦ τὸν τε Εὐδόξιον αὐτόν (20) καὶ ἄλλους τοὺς πλείστου λόγου ἀξίους διδάσκων, ἐπειδὴ τὸν Εὐνόμιον εἰς τὸ τῆς διδασκαλίας προύβηθαι ἔργον, τούτῳ ἤδη κατὰ τὸ πλεῖστον ἀνθ' ἑαυτοῦ διδασκάλῳ ἐχρήτε πρὸς τοὺς ἄλλους· καὶ τοὺς μάλιστα τελειωτέρας μαθήσεως δεομένους. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος μὲν ἦν ἀρχὰς παρασχεῖν ἄριστος, οὗτος δὲ τὰς δοθείσας ἐργάσασθαι, καὶ σαφῶς τε ἅμα καὶ μεγαλοπρεπῶς ἐρμηγεῦσαι παραπολὺ δυνατώτερος.

Εὐδόξιος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας ἐξ Ἀραβισσοῦ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ Καισάριος, ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο, καίτοι πρότερον ἡδονῶν ἤττων φανείς. Ἀλλ' ἐβουλήθη τὰς πρώτας κηλίδας διὰ τοῦ μαρτυρίου τοῦ αἵματος ἀπορρύψασθαι. Ἦλους γὰρ μεγάλους ἐκατέρου τῶν ποδῶν ἐξ τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ διαπερονήσαντες πυρὶ παρέδωσαν· καὶ ἐπειδὴ αὐτίκα πρὸς τὴν φλόγα χωρῶν ἀπέθανεν, ἡμίφλεκτον ἔτι καὶ σῶον οἱ προσήκοντες τὸν νεκρὸν ἀνελάμβανον, ἐν τινι ἀγρῷ Σουθέλ λεγομένῳ κατέθεσαν.

bendum est, τὸν τε Εὐνόμιον. Neque enim Eudoxii magister fuit Aetius, sed Eunomii. Eudoxius quidem Antiochensis episcopus in divinis Litteris magistrum habuit Lucianum martyrem, ut tradit Philostorgius in libro ii, cap. 15. Ego tamen Eudoxium discipulorum Luciani auditorem potius fuisse crediderim: nam cum Eudoxius Valentis principatu extremum diem obierit, quomodo Luciani martyris, qui regnante Maximino passus est, auditor esse poterit, equidem non video. Asterium quidem Cappadocem, qui unus fuit ex discipulis Luciani, magistrum habuisse videtur Eudoxius, ut indicat Philostorgius in lib. iv, cap. 4.

Ex eodem Suida in voce Θεόφιλος.

Θεόφιλος οὗτος ἀπὸ Ἰνδῶν ἐπανελθὼν ἐν Ἀντιο-  
 χείᾳ διῆγεν· ἐκκλησίαν μὲν ἀφωρισμένως οὐδεμίαν  
 ἔχων αὐτός· κοινὸς δέ τις ὢν, ὡς πάσαις αὐτῷ μετ'  
 ἀδείας ἐπιφοιτῶν ὡς ἰδίαις ἔξῃν, βασιλέως αὐτὸν ἐς  
 τὰ μάλιστα διὰ τιμῆς τε πάσης καὶ αἰδοῦς ἄγοντος·  
 καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων, ὁπόσοις ἐπισταίῃ, μετὰ πά-  
 σης προθυμίας αὐτὸν ὑποδεχομένωιν, καὶ τὴ τῆς ἀρε-  
 τῆς αὐτοῦ μέγεθος καταπληττομένων. Ἦν γὰρ ὁ  
 ἀνὴρ κρείσσων ἢ ὡς ἂν τις δηλώσειε λόγῳ· ὡς ἂν  
 τις τῶν ἀποστόλων εἰκὼν. Λέγεται γέ τοί ποτε καὶ  
 νεκρὸν ἀναστῆσαι ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἰουδαίας τινός. Θα-  
 λάσσιος δὲ τοῦτό φησι, τῶν ἐπ' οὐκ ὀλίγον τάνδρῳ  
 συγγενομένων χρόνον, καὶ ἥκιστα δὴ εἰς τὰ τοιαῦτα  
 ψεύδασθαι ὑποπτος ὢν· ἄλλως τε καὶ ἔχων οὐκ ὀλί-  
 γους τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν αὐτῷ γενομένων χρόνον  
 τοὺς ἐπιμαρτυροῦντας.

A Theophilus ex India reversus, Antiochiæ domi-  
 cilium fixit : propriam quidem ac peculiarem ec-  
 clesiam nullam habens; communis vero omnium  
 antistes, adeo ut cunctas libere pro arbitram suo  
 tanquam proprias adire ei liceret, cum et imperator  
 maximum ei honorem ac reverentiam exhiberet, et  
 reliqui omnes ad quos accesserat, summa alacri-  
 tate eum exciperent, virtutisque ejus præstantiam  
 admirarentur. Quæ quidem talis ac tanta in eo  
 fuit, ut eam nemo verbis explicare possit : quippe  
 qui imago quædam fuerit apostolorum. Aiunt etiam  
 eum aliquando Antiochiæ Judæam quamdam ex  
 mortuis suscitasse. Id autem affirmat Thalassius,  
 qui cum illo diutissime versatus est, et in hujus-  
 modi rebus extra suspicionem est mendacii : et  
 B qui alioqui haud paucos habet hujus rei testes qui  
 eodem tempore vixerunt.

Item ex Suida in voce Λεόντιος.

Λεόντιος Τριπόλεως τῆς Λυδίας ἐπίσκοπος, Μυσὸς  
 τὸ γένος τῶν πρὸς τῷ Ἰστρῷ κατοικημένων, οὗς ἀγγι-  
 χιμάχους Ὀμηρος καλεῖ. Τὸν τοιαῦτον Λεόντιον προσ-  
 εταιρίζεται ὁ κακὸφρων Φιλοστόργιος ἐν τῇ βίβλῳ  
 ἀντὶ τοῦ (21), ὡς ὀμίφρονα τῆς Ἀρειανικῆς αὐτοῦ  
 κακοφροσύνης. Ὡς οὗτος παῖδα ἓνα ἐσχηκώς, ἐπειδὴ  
 μὴ χρηστὰς ἐλπίδας αὐτὸν ὑποφαίνοντα πρὸς ἀρετὴν  
 εἶδε, εὐξάμενος, ὡς φασιν, ἐπι μισράκιον ὄντα, ἐποίη-  
 σεν ἀποθανεῖν· κάλλιστον ἠγησάμενος, τὸ πρὸ αἰσχροῦ  
 τινος καταλύσασθαι τὸν βίον, τῶν σφαλερῶν κατὰ  
 τὸν βίον ὀλισθῶν ἔξω γενόμενον. Κανόνα δὲ αὐτὸν ἐκά-  
 λουν τῆς Ἐκκλησίας. Ἦν δὲ ἐλεύθερος τὴν γνώμην  
 ἐπίσης εἰς πάντας καὶ παρόρησιαστικός. Καὶ ποτε συν-  
 ὄδου γενομένης, Εὐσεβείας τῆς Κωνσταντίου γυναι-  
 κὸς εἰς οἶδημα ἀρθείσης φρονήματος, καὶ ὑπὸ τῶν  
 ἐπισκόπων προσκυνουμένης, μόνος οὗτος παρὰ φασί-  
 λον αὐτὴν τιθέμενος, οἶκοι ἔμενον. Ἦ δὲ διὰ τοῦτο  
 ὑποθερμανθεῖσα τοῖς θυμοῖς, καὶ τὴν γνώμην φλεγμύ-  
 νασα, πέμπει πρὸς αὐτὸν αἰτιωμένη, καὶ ὑποσχέσσει  
 κολακεύουσα, ὡς Ἐκκλησίαν σοι μεγίστην ἐγερω, καὶ  
 χρήματα ἐπιδοψιλεύσομαι, εἰ ἀφίκοιο πρὸς μέ. Ὁ δὲ  
 ἀντεδήλωσε· Τοῦτων μὲν εἴ τι βουληθείης τελέσασθαι,  
 ὧ βασιλεῖα, οὐκ ἐμοὶ μᾶλλον, ἢ τῇ σῇ ψυχῇ ἴσθι χα-  
 ριουμένη. Εἰ δὲ θελήσεια; ἀφικέσθαι πρὸς σέ, ὡς  
 τῆς τοῖς ἐπισκόποις προπούσης φυλαχθισομένης αἰ-  
 δοῦς· ἐν' εἰσελθοίμι μὲν ἐγὼ, σὺ δ' αὐτίκα τοῦ θρό-  
 νου τοῦ ὑψηλοῦ καταβάσα, μετ' αἰδοῦς ὑπαντήσειας  
 ἐμοί, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπόσχης ταῖς ἐμαῖς χερσίν,  
 εὐλογιῶν ἀξιουμένη· κάπειτα καθεσθείην μὲν ἂν  
 ἐγὼ, σὺ δ' ἂν ἐστήκοις αἰδομένη, ὁπόταν δὲ κλεού-  
 σαιμι, καθεδομένη, ἡνίκα δοίην τὸ σύνθημα. Εἰ οὖ-  
 τως αἰρήσῃ, ἀφικοίμην παρὰ σέ· εἰ δ' ἕτερον τρόπον,  
 οὐχ οὕτω πολλὰ δώσεις, οὐδ' οὕτω μεγάλα δυνήσῃ,  
 ὡς ἡμᾶς τῆς προσηκούσης τιμῆς τοῖς ἐπισκόποις καθ-  
 υφιεμένους, εἰς τὸν θεῖον ἐξυβρίσαι τῆς ἱερωσύνης

C ac flagitium admissum, mortem oppeteret, ex in-  
 certis ac periculosis hujus vitæ casibus subductus.  
 Porro eum Ecclesiæ normam vulgo appellabant.  
 Idem summa libertate, tam in sentiendo, quam in  
 loquendo, erga omnes ex æquo utebatur. Cumque  
 aliquando synodus episcoporum convenisset, et  
 Eusebia Augusta uxor imp. Constantii fastu elata  
 ab universis episcopis salutaretur, solus hic Augu-  
 stam parvi pendens, domi mansit. Id factum Au-  
 gusta ægre ferens, et ira excaudescens, quemdam  
 ex ministris suis ad eum misit, partim conquerens,  
 partim blanditiis et pollicitationibus eum demereri  
 studens. Maximam tibi, aienat, ecclesiam ædificabo,  
 et pecunias insuper largiar, si ad me visendam ac-  
 cesseris. Quibus Leontius ita respondit: Horum quæ  
 D mihi promittis, Augusta, si quidpiam perficere vo-  
 lueris, scias velim quod animæ tuæ potius quam  
 mihi gratificaberis. Quod si me ad te salutandam  
 cupis accedere, accedam quidem, dummodo ea quæ  
 episcopis debetur, servetur reverentia, ita ut in-  
 grediar quidem ego, tu vero statim e sublimi solo  
 descendens, verecunde mihi occurras, et manibus  
 meis caput tuum submittas, benedictionem a me  
 postulans. Deinde ut sedeam quidem ego; tu vero  
 stes cum reverentia; postquam jussero sessura,

VALESH ANNOTATIONES.

(21) Ἐν τῇ βίβλῳ ἀντὶ τοῦ. Scribendum videtur ἐν τῇ 7 βίβλῳ αὐτοῦ, etc. Nam Philostorgius hujus  
 Leonii mentionem facit in lib. vii, cap. 6.

ubi signum tibi dedero. Si quidem id elegeris, ad te accedam. Sin aliter, nunquam tot ac tanta mihi donare poteris, ut ego de honore qui episcopis debetur, aliquid remittens, divinas sacerdotii leges violare unquam velim. Hæc ubi nuntiata sunt, regina mirum in modum excanduit, hujusmodi responsum sibi a Leontio afferri haudquaquam patienter sustinens. Cumque multum intumisset, et magnopere commota esset animo, et pro levitate atque impatientia muliebri minas intentasset, rem ad maritum retulit, ultionem flagitans. Hic vero laudandam potius esse duxit in Leontio animi libertatem, et uxoris iram sedavit, eamque ad cubiculum suum remisit. Quodam item tempore dum Constantius episcoporum cœtui præsideret, et Ecclesias pro arbitrato suo regere vellet: cunctis verba imperatoris cum plausu et admiratione excipientibus; et recte cuncta ab eo dicta esse affirmantibus, solus Leontius conticuit. Et cum imperator eum interrogasset, quam ob causam solus ex omnibus sileret, respondit Leontius: Miror, inquit, te qui aliis rebus administrandis præpositus sis, alias regendas suscipere: et cum militarium ac civilium negotiorum tibi mandata sit cura, episcopis tamen præcipere de rebus quæ ad solos episcopos pertinent. Quibus auditis, Constantius verecundia ac pudore suffusus, in ejusmodi negotiis deinceps pro imperio agere ac jubere destitit. Tanta in loquendo libertate præditus fuit Leontius (22).

Item ex Suida in voce Δημόφιλος.

Demophilus Constantinopolitanus episcopus, vir insano quodam impetu cuncta simul miscere solitus: et qui iustarum rapidi vagique torrentis, plurimum luti ac sordium in sermonibus suis convolveret, ut quis facile deprehenderet ex prima concione quam habuit Constantinopoli. Qua quidem in concione verisimile est eum accuratorem ac diligentem fuisse: quippe cum hujusmodi sermones excipi soleant a notariis. Certe in ejus Commentariis qui etiamnum supersunt, multa disserit confusa atque indistincta, et de Patre ac Filio loquens, disertis verbis ita pronuntiat. Filius solius Patris voluntate genitus est, sine tempore ac sine medio, ut jussorum Patris minister sit et famulus. Nam cum prævideret Deus, ea quæ facturum erat, non posse consistere, quippe quæ puri atque impermixti ordinis futura essent, perinde ac Deus qui ipsa fecerat. Nam prorsus necesse erat, ut vel omnia dii essent juxta dignitatem ejus qui illa condiderat: ex quo eventurum erat ut plures dii essent. Vel certe necesse erat, ut postquam facta fuerant, statim dissolverentur, perinde ac cera ardentissimo igni admota. Ideirco Filius medius existit inter creaturas quæ condendæ erant, et inter Patrem ex quo genitus est, ut is sese demittens, seque a ju-

θεσμόν. Ταῦτα ὡς ἀπηγγέθη, ἀναπίμπραται τὴν γνώμην, οὐκ ἀνασχετὸν ἠγουμένη πρὸς Λεοντίου τοιοῦτους δέξασθαι λόγους. Καὶ πολλὰ διοιδήσασα καὶ παθηναμένη, καὶ πολλὰ ἐκ γυναικείας ἀκροχόλου καὶ κούφης ἀπειλήσασα διανοίας, καὶ τὰνδρὶ διτηρησάμενη, πρὸς τιμωρίαν ἐξώρμα. Ὁ δὲ μᾶλλον ἐπήνεσε τὴν ἐλευθερίαν τῆς γνώμης, καὶ τὴν γυναῖκα παρήνευγε τῆς ὀργῆς, καὶ ἀποπέμπει εἰς τὴν γυναικωνῆτιν. Καὶ ποτε μεταξὺ προκαθημένου τοῦ βασιλέως Κωνσταντίου τῶν ἐπισκόπων, καὶ ἄρχειν τῶν ἐκκλησιῶν ἐθέλοντος, οἱ μὲν πολλοὶ, πᾶν ὃ τι φήσειεν, ἐκρότουν καὶ ἐθαύμαζον, ἄριστα εἰρῆσθαι διοριζόμενοι: ὁ δὲ ἐσιώπα. Ὡς δὲ ἤρετο αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, Τί σιωπᾶς μόνος τῶν ἀπάντων; Θαυμάζω, ἔφη, ὅπως ἕτερα διέπειν ταχθεῖς, ἑτέροις ἐπιχειρεῖς, στρατιωτικῶν μὲν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων προεστῆκώς, ἐπισκόποις δὲ περὶ τῶν εἰς μόνους ἐπισκόπους ἠκόντων διαταττόμενος. Τὸν δὲ βασιλέα καταιδεσθέντα παύσασθαι τῆς ἐν τοῖς τοιοῦτοις ἤδη διακελεύσεως. Τοιοῦτος ἦν ὁ Λεόντιος ἐλευθέριος.

Δημόφιλος ἐπίσκοπος Κωνσταντίνου πόλεως, οἷος ἐμπασῶν ὁμοῦ σύμπαντα φύρειν (23) ἀκόσμω φορᾶ, καθάπερ ἄτακτος χειμάρρους, ὅλον ἐν τοῖς λόγοις τὸν συρφετὸν ἄγων, ὡς εἴσεται τις ἐκ πρώτης ἐν γούν τοῖς ἐτι σωζομένοις ὑπομνήμασιν αὐτοῦ γεγονυίας δημηγορίας, ἐνθα καὶ μᾶλλον εἰκὸς ἦν ἀσφαλείας αὐτὸν φροντίδα θέσθαι τινὰ, ὡς ἐγγράφοις ἀναλαμβανόμενων τῶν λεγομένων. Ἐν τούτοις γούν ἄλλα τε πολλὰ διείλεχται ἀναρθρα, διαρρήδην τε ἐν τοῖς περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λόγοις. Φησὶ γάρ, Υἱὸς μὲν Πατρὸς θελήσει γεγέννηται μόνου, ἀχρόνως, ἀμεισιτεύτως: ἵνα διάκονος γένηται καὶ ὑπηρέτης βουλημάτων τοῦ Πατρὸς. Ἐπειδὴ γάρ ὁ προγιώσκων Θεὸς ὅτι ὁ ἔμελλε πράττειν, ἀδύνατα ἦν τῆς ἀκρατήτου τάξεως τοῦ μέλλοντος αὐτὰ ποιεῖν Θεοῦ ἐν τῷ γενέσθαι μέλλοντα: ἢ γὰρ ἔδει αὐτὰ πάντα θεοῦ γενέσθαι πρὸς ἀξίαν τοῦ ποιούντος, καὶ ἐκ τούτων ἔμελλον εἶναι Θεοί: ἢ ἔδει αὐτὰ γενόμενα (24) λύεσθαι, ὡς περ κηρὸν πυρὶ θερμῷ προσαγόμενον. Γέγονε μὲν οὖν μεσίτης τῶν τε ἐσομένων, καὶ τοῦ γεγεννηκότος αὐτὸν Θεοῦ, ὁ Υἱὸς, ἵνα συντάξας ἑαυτὸν καὶ συγκαταβαίνων τοῖς γινόμενοις, ἀποτελέσειε τὸ βούλημα τοῦ Πατρὸς, καὶ μεσίτης γένηται τοῦ Θεοῦ καὶ ἡμῶν τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων. Ἐλάνθανε δὲ διὰ τούτων τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἀσθένειαν καὶ βασκανίαν καταψευδύ-

#### VALESI ANNOTATIONES.

(22) Vide Philostorgium, lib. vii.

(23) Ὁμοῦ σύμπαντα φύρειν. Hic Philostorgii locus de Demophilo episcopo Constantinopolitano, descriptus est ex lib. ix ejus *Historiæ*. Certe in excerptis ejusdem libri capite 14, eadem fere verba leguntur de Demophilo, τὸν δὲ Δημόφιλον φύρειν τε

πάντα καὶ συγγεῖν ἀκρατέστατον, καὶ μάλιστα γὰρ τὰ ἐκκλησιαστικὰ δόγματα, etc.

(24) Ἄ ἔδει αὐτὰ γενόμενα. Primam vocem supplevi ex conjectura. Deest enim in vulgatis Suidæ editionibus.

μενος, καὶ τὸν Υἱὸν πάντων τῶν κτισμάτων ἀποφαίνων καταδεέστερον. Ὁ μὲν γὰρ ἀσθενὴς ἂν ἦν, κατὰ Δημόφιλον, εἰ βουλευθεὶς, ἔπειτα ἀπόρως εἶχε τοῖς πᾶσι τὸ εἶναι δωρήσασθαι· φθόνου δ' οὐκ ἀπήλλακτο ἂν, εἰ ἐξὸν αὐτῷ θεοῦς τὰ πάντα ποιεῖν, ὃ δὲ ἐφαίνετο μηχανώμενος ὕπω; μὴ ταύτης αὐτῷ τύχῃ τὰ γενησόμενα τῆς ἀξίας. Τοῦ δὲ γ' αὖ Παιδὸς οὐκ ἦν τῶν κτισμάτων οὐδὲν, ὃ μὴ ἄμεινον ὑπάρχειν ἐδείχθη ἂν, εἴπερ γε μὴ δι' ἐαυτὸν ἐκείνος ἔτυχε γεγονώς, ἀλλὰ διὰ σκοπὸν καὶ χρείαν τῆς τούτων γενέσεως. Ἄπαν γάρ τοι τὸ δι' ἐτέρων γινόμενον χρείαν, ἔλαττον ὑπάρχειν ἐκείνων ἀνάγκη, δι' ἃ τοῦ εἶναι τυγχάνει. Καὶ ἄλλα δὲ ἐληρώδει πολλά.

tatis essent. Jam vero Filio, nulla est creatura quæ non potior ac beatorum jure merito esse videatur: si quidem ille non propter semetipsum, sed ob contemplationem atque usum creaturarum factus est. Quidquid enim ob aliorum utilitatem sit, inferius sit necesse est iis quorum causa factum est. Multa quoque alia hujusmodi profert deliria (25).

## VALESI ANNOTATIONES.

(25) Vide Philostorg. in lib. ix, cap. 14.

ANNO DOMINI CDXXV.

# S. ATTICUS

## CONSTANTINOPOLITANUS EPISCOPUS

### NOTITIA

(Acta SS. Bolland., Aug. tom. I, pag. 52\*.)

1. Sozomenus, lib. viii cap. 27, tempus ordinationis S Attici ita definit: « Sed et Arsacius cum Ecclesiam Constantinopolitanam brevi temporis spatio administrasset, ex hac luce migravit; ejus successionem cum multi essent qui ambirent, quarto post obitum illius mense ordinatus est Atticus, presbyter cleri Constantinopolitani, qui unus fuerat ex Joannis insidiatoribus. » Si Arsacius anno 405, die xi Novembris obiit, ut superius ex Socrate retulimus, et juxta Sozomenum « quarto post obitum illius mense ordinatus est Atticus, » debuit circa mensem Martium anni sequentis Arsacio Atticus successisse. Verum cum Socrates sedecim, et Palladius tantummodo quatuordecim gubernationis mensis Arsacio tribuant, de determinato electionis illius mense aut die nihil certi statui potest: sed solum sequitur, Atticum ineunte anno 406 cathedram Constantinopolitanam occupasse, ut ex supra dictis eruitur, et testimonio Socratis confirmatur, qui lib. vi cap. 20 annum ordinationis istius ita diserte exprimit: « Cum autem multi episcopatum

illum ambirent, eamque ob causam multum jam temporis elapsum esset, altero post anno, Arcadio sextum et Probo consulibus, » horum consulatus in annum 406 incidit? « ad episcopatum promotus est Atticus vir religiosus. »

2. Etsi Atticus a Socrate *vir religiosus* appellatur, non ideo inficiamur, religionem aliasque ipsius virtutes nævis quibusdam contaminatas fuisse: nam non modo Joannem Chrysostomum in conciliabulo ad Quercum accusavit, verum etiam sedem Constantinopolitanam illegitime invasit, sancto presule adhuc vivente, et ipsius fautores indiscreto zelo persecutus est, ita ut a Palladio pag. 95 « omnium adversus Joannem molitionum artifex » vocetur. Sed videtur hanc culpam pœnitentia et revocatione eluisse, ut paulo post contra Tillemontium ostendere conabimur. Certe Atticus postea nomen S. Joannis Chrysostomi sacris tabulis inseruit, ut in *Historia tripartita*, lib. xii, cap. 2, traditur his verbis: « Atticus porro episcopus cau-